¶ Si uero neutrum sit in toto nullo. Non est autem. a. in. b. necesse est indiuidualiter non esse. Si enim erit medium necesse est alterum ipsorum in toto quodam esse aut enim in prima figura aut in media erit syllogismus. Si igitur in prima figura. b. erit in toto quodam affirmatiuam enim ad hanc oportet fieri propositionem. Si uero in medio quecunque contingit ad vtranque enim posito priuato fit syllogismus. Cum autem vtraque negatiua sit non erit. manifestum igitur est quod contingit aliud in alio non esse indiuidualiter. et quando contingat et quomodo diximus.

¶ Ostendit qualiter propositio negatiua vera est immediata. et ponit hanc regulam. si sit propositio negatiua vera et tam subiectum quam predicatum sub nullo genere contineatur illa est immediata. sicut est ista. nulla substantia est quantitas. probatur sic: quia si sit mediata tunc habebit aliquod medium per quod poterit probari. aut igitur hoc erit in prima figura. aut in secunda. nam in tertia non concluditur vniuersalis affirmatiua si in prima oportebit minorem esse affirmatiuam: presertim si directe concludat. et per consequens illud medium de minori extremitate siue de subiecto vere affirmabitur. quare illud subiectum continebitur in aliquo superiori. quod repugnat supposito. si hoc fiat in secunda figura oportebit aut maiorem aut minorem esse affirmatiuam quecunque contingat: non potest autem vtraque premissa fieri esse negatiua. et si maior erit affirmatiua. tunc predicatum sub aliquo toto continebitur: sicut in hoc exemplo. omnis homo est substantia. nulla qualitas est substantia. ergo nulla qualitas est homo. Si vero minor est affirmatiua subiectum sub aliquo superiori continebitur. sicut hic. nulla qualitas est substantia. omnis homo est substantia. ergo nullus homo est

qualitas. Deinde p̄bs epilogat. ⁊ lra est plana.

Ignorantia autem non scd̄m negationem: sed scd̄m dispositionem dicta est quidem per syllogismum facta deceptio. Hec autem ī his que
i sunt primo aut non primo sunt: cōtingit dupliciter. aut enim cum simpliciter esse accipiat uel non esse. aut cum per syllogismum accipiat opinionem.

¶ In hoc scd̄o tractatu ostendit Ari. in nobis ignorantiam p̄duci posse p syll̄ꝫ ⁊ sine syll̄o. ⁊ continet vnicū capitulū: qd̄ in duas diuiditur partes. primo ostendit qualiter per syll̄m ignorantia in nobis producitur. scd̄o qualiter sine syllogismo. ibi. Manifestum autem est ꝙ si aliquis ⁊c̄. Prima diuiditur in duas. quia primo ostendit qualiter per syllogismum ignorantia causatur in primis ⁊ īmediatis. 2° in posterioribus ⁊ mediatis ibi. In his autē que sunt non indiuidua. Item primo facit qd̄ dictum est quo ad syll̄m affirmatiuum. scd̄o quo ad negatiuum. ibi. Que vero ipsi⁹ nō esse ⁊c̄. ¶ Circa primum quatuor facit. primo ponit quasdam distinctiones de ignorantia. scd̄o ostendit modū quo ignorantia causetur de qua intendit ibi. Simplicis quidē. Tertio assignat diuersitates circa hoc cōtingentes. ibi. Cōtingit quidem igitur ⁊c̄. Quarto respondet tacite questiōi. ibi. Ipsius quidē igitur esse ⁊c̄. ¶ Prima distinctio quā implicite ponit est ista. duplex est ignorantia. s. scd̄m negationem ⁊ scd̄m dispositionem. ignorantia scd̄m negationem ē cū quis de aliqua re nihil nouit qualis est ignorantia rustici qui nihil de hoc nouit ꝙ triāgulus hꝫ tres angulos eq̄les duobus rectis. Ignorantia vo scd̄m dispōnem dr̄ cum quis hꝫ habitum contrarium scie. ut si aliquis opinaretur celum generare. hec autem ignorantia fieri potest p syll̄m ⁊ tūc vocatur deceptio. ¶ Scd̄a distinctio. ignorantia scd̄m dispōnē ē duplex q̄dā circa īmediatā ꝓpōnem. q̄dā circa mediatā. Exemplum p̄mi. vt si aliqs credat ꝙ nō oē totū ē sua pte maius. Exēplū scd̄i. vt si sor. opinet triangulū non habere tres. ¶ Tertia distinctio. adhuc modo vti oꝫ accipiendo ignorātia est duplex. quedam est qua quis nominatur esse qd̄ non est: ⁊ hec est ignorantia circa propositionē affirmatiuam. vt si aliquis opinetur celum quiescere quedam vo per quam aliquis opinatur non esse quod est. ⁊ hec habetur per negatiuam propositionē. sicut cuꝫ aliquis opinatur triangulum non habere tres. ¶ Quarta distinctio. siue sit ignorantia circa propositionem affirmatiuam: siue circa negatiuam adhuc talis est duplex. q̄daꝫ enī fit sine syll̄o. que dā vo p syll̄m. Exēplū p̄mi: vt si aliquis solo errore visus īducatur ad credendum solem eē minorem terra. aut ip̄m non esse maiorem: Exemplum scd̄i: vt si aliquis virtute argumentationis credat celum quiescere. aut non ip̄m non moueri. Iste distinctiones lꝫ non oēs explicite tn̄ implicite colliguntur ex textu. hic solet cōiter dubitari: qꝛ non videtur vex: ꝙ circa ꝓpōnes imediatas cadere possit deceptio sine per syll̄ꝫ. siue sine syll̄o. qꝛ vident̄ p se note: sed de hoc sufficienter dictū est in precedentibus.

¶ Simpliciter igit̄ opiniōis simplex deceptio. sꝫ que est per syllogismuꝫ plures sunt. Non sit enim. a. in nullo. b. indiuidualiter. igitur si syllogizaretur. a. esse in. b. mediuꝫ accipiēs. c. decept⁹ erit per syllogismum.

¶ Ostendit modū quo ignorātia īcītur. ⁊ p̄mo ꝓponit qd̄ īēdit. 2° declarat ibi. Cōtingit igit̄. Dicit p̄mo ꝙ ignorātia sine syll̄o q̄ simplex appellat̄ fit vno mō tm̄: ignorantia vo p syll̄m multipliciter fieri potest. Si enim sit illa negatiua īmediata. nullum. b. est: a. ⁊ aliquis concludat ꝙ omne. b. est. a. per. c. medium causabitur deceptio per syll̄m: arguēdo sic. oē. c. est. a. oē. b. ē. c. ergo omne. b. est. a. qꝛ igitur tale medium variari potest multipliciter. iō deceptio p syllꝫ etiam multipliciter fieri pōt. ¶ Dubitatur qꝛ videt̄ ꝙ etiā simplex ignorantia p̄lbus modis fieri possit. quedā enīꝫ fit ex errore sensus: vt cum qs opinatur solē eē minorem terra. q̄dā vo ex solo errore itellect⁹ nō ꝯcurrēte sensu: vt si aliquis opinetur ꝙ anguli recti sint inequales. aut subā sit q̄litas. Dr̄ ꝙ sufficit ad itētē Aristo. talem ignorātiam vno modo fieri. qꝛ. s. non diuersificatur per diuersitatem rōnū quo ad illam causandam adduci possent. sic sit de ignorantia per syllogismum facta.

¶ Contingit quidē igitur vtrasqꝫ propositiōes falsas. contingit autē alterā tantū. Si eni nec. a. in nullo. c. erit neqꝫ. c. in nullo. b. accepta autēꝫ sūt ecōtrario utraqꝫ utreqꝫ erunt false.

¶ Declarat qualiter varijs modis fit ignorantia p syllꝫ. p̄supposita tamen debita forma syllogistica. ⁊ p̄mo ostendit q̄liter ignorātia fiat duabus premissis existētibus falsis. 2° q̄liter fiat altera tm̄ existēte falsa ibi: Sed alterā ⁊c̄. Itē p̄mo facit quod dictum est: quando ille p̄misse fuerint contrarie veris. 2° quando fuerit ꝯdictorie earum ibi. Potest eni sic se hr̄e ⁊c̄. Primo igitur dicit ꝙ contingit in causando ignorantiam vtrasqꝫ premissas esse falsas. ⁊ contingit alterā tm̄ esse falsaꝫ. Exemplū p̄mi ponitur ab Aristo. p. a. b. c. Sed potest exemplificari per istum syll̄m. omnis qualitas est substātia. omnis q̄ntitas est qualitas. ergo omnis qualitas est sub̄a. patet enim ꝙ premisse sunt contrarie his duabus veris ⁊ immediatis. nulla qualitas est sub̄a. ⁊ nulla qualitas est quantitas.

¶ Potest autēꝫ sic se habere. c. ad. a. ⁊ ad. b. ꝙ. c. neqꝫ sub. a. sit: neqꝫ uniuersaliter in. b. b. qdē ipossibile esse est in toto aliquo. Primum enim dictum est in ipso. b. non esse. a. a. autē nō necesse est omnibus que sunt. c. inesse vtr. quare utreqꝫ false sunt.

¶ Dicit ꝙ aliquādo contingit mediuꝫ sic se habere ad maiorem extremitatem vt non contineatur sub ea. ad maiorē vero ꝙ non vniuersaliter de ipsa predicetur. minor vero extremitas non sub aliquo genere continebitur. Premissum enim est illam esse negatiuā immediatam in qua minor extremitas a maiori remouetur. qualis est illa. nulla quantitas est sbbstātia. maior vero extremitas non predicetur vniuersaliter de omni contēto sub medio. ⁊ tunc tūc vtraqꝫ p̄missaꝝ erit falsa. verbi gratia. arguem⁹ sic omne perfectuꝫ est sub̄a. omnis quantitas est perfecta: ergo omnis quantitas est sub̄a vbi patet ꝙ maior est falsa. ⁊ eius contradictoria vera: non tamen contraria est vera. quoniam substantia que est maior extremitas d̄ aliquo perfecto predicatur ⁊ de aliquo non. similr̄ minor est falsa. ⁊ contradictoria vera: sua tamen contraria non: quoniam medium dicitur de aliquo contento sub minori extremitate. sed nō de oī. Ari. vo loqtur p terminos suos. p. a. intelligēs maiorē extremitatē. p. b. minorē: ⁊ p. c. mediū terminū.

¶ Sed alterā cōtingit uerā accipe. Non tamē quālibet ꝯtingētem: sed q̄ est. a. c. nā. b. c. ꝓpositio semp erit falsa: propter id quod. c. ī nullo ē b. sed que est. a. c. potest: ut si. a. in. b. ⁊ in. c. indiuidualiter est. cū eni predicat̄ idē primū de pluribus neutrū in neutro erit. Differt autēꝫ nihil neqꝫ si non indiuidualiter insit.

¶ Dicit ꝙ aliquando contingit talem ignorantiā. s. in īmediatis fieri altera premissarum existente vera. s. maiori: ⁊ altera falsa. s. minori: sed minor non potest esse vera. oportet enim medium non inesse alicui cōtento sub minori extremitate: sed maior extremitas bene potest inesse medio: sicut si maior extremitas īmediate inesset medio ⁊ minori extremitati: sicut color immediate inest albedini ⁊ nigredini. hec enim maior esset vera. omnis albedo est color. ⁊ hec minor esset falsa. omnis nigredo est albedo. nam quando genus immediate de pluribus predicatur tunc nulla illa/

rum specierum de altera predicatur. Deinde subdit phs ꝙ nihil differt si maior extremitas nō indiuidualiter insit medio ⁊ minori extremitati. ¶ Dubitatur. qr videtur aristo. peccare in exemplo. nam per istas duas premissas concluditur genus de specie. vt gratia exempli. omnis nigredo ē color. ⁊ per consequens non concluditur falsum neqꝫ causatur ignorantia: vt patet. ¶ Scdo dubitatur. quia videtur ꝙ predicta ignorantia causari possit maiori tantum existente falsa: arguendo sic. omne ens est substantia. omnis quantitas est ens: ergo ois quantitas est substantia. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ istud exemplum non ponitur ad ostendendum qualiter causatur ignorantia: sed solum ad declarandum qualiter contingat maiorem esse veram ⁊ minorem falsam. ⁊ forte quia Aristo. vidit illud exemplum nō esse omnino ad propositum suum subdit. Dicunt autez nihil ⁊c̄. Conueniens autem exemplum istud est omnis intelligentia est substantia. omnis quantitas est intelligentia. ergo omnis quantitas est substantia. ¶ Ad 2m dicitur: ꝙ Aristo. intellexit vbi fieret syllogismus per terminos predicamentales tantuz: sed ly ens est transcendens predicamētum. Aliter ꝙ aristo. intellexit vbi vna premissa esset in totum vera ⁊ altera in totum falsa: sed ista maior. omne ens est quantitas. non est huiusmodi. vt patet. ¶ Sed contra accipiatur terminus conuertibilis cum quantitate. ⁊ sit. a. tunc arguo sic. omne. a. est substantia omnis quantitas est a. igitur ⁊c̄. maior est in totum falsa ⁊ minor in totum vera ⁊ fit syllogismus in terminis predicamentalibus. q̄re vtraque responsio stare non potest. Ideo dici potest ꝙ si. a. cōuertitur cum quantitate non potest esse nisi eius passio vel aliqḋ sibi accidentale. ⁊ tale non est per se in predicamēto: de quali intelligit phs hic. si vero sumatur medium per se in predicamento existens necessario minor erit falsa. quare vel erit īfra q̄ntitatē vel extra p̄dicamentū q̄ntitatis.

¶ Ipsius quidem igitur esse deceptio per istaz figuram ⁊ sic fit solum. Non eni erit in alia figura ipsius esse syllogismus.

¶ Posset aliquis ab Aristo. requirere ꝙ ipse similiter ostenderet has diuersitates syllogismorum ignorantie in alijs figuris sicut in prima. huic tacite questiōi respondet ꝙ talis deceptio que est circa propositionem affirmatiuam contrariam negatiue immediate solum fit in prima figura. naz 1a ꝙs propositio est vniuersalis affirmatiua. scḋa vero figura non concludit affirmatiue. ⁊ tertia non concludit vniuersaliter. quare ⁊c̄.

¶ Que uero ipsius non esse ī prima ⁊ media figura est. Primum quidē igitur dicamus quot modis in prima figura ⁊ quomodo se habentibus propositionibus contingit.

¶ Determinat de ignorantia circa immediata que fit per syllogismum negatiuum. ⁊ primo facit hoc quo ad primā figuram. scḋo quo ad secundam ibi. Sed in media quidē figura. ⁊c̄. Primo diuiditur in duas. primo declarat propositum ambabus premissis existētibus falsis. scḋo altera tantum existente falsa ibi. Contingit autem ⁊ altera. Primo ergo proponens intentionem suam dicit ꝙ ignorantia que est circa propositionem negatiuam oppositam affirmatiue īmediate fieri potest tam per syllogismū prime q̄z per syllogismum scḋe. Dicam9 autem primo quot modis fit in pria ⁊ qualiter se habentibus premissis syllogismi. Cisto tandem sm cōmuniter exponentes ꝙ de tertia figura non fecit hic Aristo. mentionem: quoniam propositio concludenda in syllogismo ignorantie dz esse vniuersalis. tertia vero figura solum p̄ticularem concludit. non video tamē magnam necessitatem huius cum enim illa particularis. aliqḋ corpus non est sub̄a. sit contradictoria huius īmediate. omne corpus est substantia. videtur rationabile ꝙ ita concludi possit in tertia figura sicut illa v̄lis in scḋa nullum corpus ē substantia. nisi forte quis diceret ꝙ syllogismus ignorantie in demonstratiuis fieri debet ac si quis intenderet demōstrare. sed demrando solum vniuersaliter ⁊ non p̄ticulariter procederet. quare ⁊c̄.

¶ Contingit quidem igitur utrisqꝫ falsis: ut si. a. in. c. ⁊ in. b. sit indiuidualiter. Si enim accipiatur. a. in. c. nullo. c. autem in omni. b. false sunt vtreqꝫ propositiones.

¶ Dicit ꝙ ignorantia predicta primo cōtingere potest ambabus premissis existentibus falsis. ⁊ hoc cōtinget vbi maior extremitas īmediate insit medio ⁊ minori extremitati. ⁊ remoueatur mediuz a maiori extremitate ⁊ attribuatur minori. ut in hoc exemplo. nulla albedo est color. omnis nigredo est albedo. ergo nulla nigredo est color vbi patet: ꝙ conclusio ē contraria huius affirmatiue īmediate. omnis nigredo ē color: ⁊ color de albedine ⁊ nigredine tāq̄ȝ de speciebus proximis īmediate predicatur. Aristo. autem ponit exemplum in terminis. a. b. c. vt prius. Quidā hic mouēt dubium de propositiōe mediata ⁊ immediata. sz de hoc sufficit eē dictuz in questione trigesima sexta.

¶ Contingit aūt ⁊ altera falsa: ⁊ hac quacunqꝫ cōtingente. potest enim que est. a. c. veram esse. Que uero est. c. b. falsam: sed que est a. c. ueraz quoniam non omnibus que sunt inest. a. sed q̄ est. b. c. falsam. quoniam impossibile est esse ī. b. c. in quo nullo est a. Non enim uera erit que est a. c. propositio. similiter autem ⁊ si sint utreque uere conclusio erit uera.

¶ Ostendit posse fieri syllogismum negatiuum ignorantie altera tantum existente falsa: ⁊ primo quo ad maiorem. secundo quo ad minorem. dicit primo ꝙ contingit p̄dictum syllogismū fieri altera premissarum tantū falsa existente. ⁊ ista poterit indifferenter esse vel maior vel minor. primo nāque contingit maiorem esse veram ⁊ minorem falsam. potest enim accipi maior extremitas que non de oibus predicatur. quare maior negatiua poterit esse vera. sicut ista. nulla linea est color. ⁊ tunc. minor necessario est falsa. cum enī debeat cōcludi negatiua opposita affirmatiue immediate: sequitur ꝙ maior extremitas debet īmediate inesse minori extremitati. sicut hec. omnis albedo est color. ⁊ consequēter debeat concludi ꝙ nulla albedo est color. sequitur: ꝙ mediuz non inest minori extremitati. ⁊ per consequens minor affirmatiua est falsa. si nāqꝫ medium sibi inesset: ⁊ cuz hoc maior extremitas inesset vniuersaliter minori vt supponitur tunc sequitur in tertia figura maiorem extremitatez inesse medio saltez particulariter ⁊ per consequens maior que esset vniuersalis negatiua esset falsa: qḋ est contra positum. Item si minor cuz maiori esset vera ⁊ ex veris non sequitur nisi verum. tunc conclusio esset vera. ⁊ sic non causaretur syllogismus ignorantie de quo intendimus. poterit igitur syllogismus sic formari. nulla linea est color. omnis albedo est linea. ergo nulla albedo ē color. Aristoteles vero exemplum in terminis solitis ponit.

¶ Sed que est. c. b. contingit ueraz esse cū altera sit falsa: ut si. b. ⁊ in. c. ⁊ in. a. erit. necesse ē. n. alterum sub altero esse. quare si accipiat. a. ī nullo. c. esse falsa erit propositio. Manifestū igit̄ ē quoniaz ⁊ cuz altera falsa sit ⁊ in utrisqꝫ falsus erit syllogismus.

¶ Dicit ꝙ etiā contingit econuerso minorez esse verā maiori existente falsa. sicut si minor extremitas sit in medio ⁊ maiori extremitate. sicut pars in toto. tunc enim est necesse mediuz ⁊ maiorez extremitatē sic se habere vl' alterum sit sub altero. quare remouendo alterū ab altero vniuersaliter sicut fit in maiori erit propositio falsa: sicut patet arguendo sic. nulla qualitas est color. ois albedo est qualitas. ergo nulla albedo est color. concluditur ergo ex premissis ꝙ syllogismus ignorantie negatiuus fieri potest in prima figura siue ābabus p̄missis existētibus falsis siue altera tantū.

¶ Sed in media quidez figura utrasq; propositiones totas falsas esse non pting[it]. Cum eniz a. in omni sit. b. nihil est accipere qd in altero quidez omni i altero vero nullo erit. Oportet autē sic recipere propositiones: ꝙ i hoc quidē. sit. in hoc autez non sit: sunt uere erit syllogismus. Si igitur accipiantur sic false: manifestum est ꝙ cōtrarie ꝛ econtrario se habebunt. hoc autē impossibile est. In quodam autem nihil prohibet utranq; falsam esse. ut si. c. in. b. ꝛ in. a. quodam est. Si enim. c. quidez in. a. omni accipiatur eē. in. b. autem nullo esse false quidem utreq; ꝓpositiones. nō tamen tote: sed in quodā. ꝛ ecōtrario autē posito priuatio.

¶ Declarat propositū quo ad scdaz figuraz. ꝛ prio vtraque premissa existente falsa. scdo altera tantū existente falsa ibi. Alterā autez falsaz ꝛc̄. Primo igitur intendit duas rationes. quarū prima est ista. Syllogismus ignorātie negatiuus non fit in scda figura ābabus premissis existentib⁹ totaliter falsis probatur sic. naz si ambe possent esse in totū false. oportebit aliquod mediū inuenire qd vniuersaliter ab vna extremitate remoueaṫ. ꝛ alteri extremitati vniuersaliter attribuatur. patet consequentia: quia mediū in scda figura bis predicatur de altero affirmatiue. ꝛ de altero negatiue. sed hoc non est possibile in proposito. quia per syllogismū negatiuū ignorantie de quo loquimur hic concludi debet negatiua vniuersalis contraria vniuersali affirmatiue imediate in qua maior extremitas vniuersaliter inest minori. Si igitur mediū ab altera extremitatū totaliter remoueretur. non totaliter inesset alteri extremitati. ꝛ si totaliter inesset vni non oīo ab altera remoueretur. sicut patet in illa. nulla albedo est color. ꝛ in aliis similibus. Itez si ambe premisse essent totaliter false. tunc earū contrarie essent oīo vere. hoc autē est īpossibile stantibus sic terminis: vt patet. quare ꝛc̄. Secunda conclusio. predictus syllogismus fieri potest ambabus premissis existentibus falsis sꝫ partez. probatur. quia potest accipi mediū qd inest maiori ꝛ minori extremitati sꝫ partez ꝛ non sꝫ totuz. ꝛ tunc si i premissis accipiatur illud mediū vniuersaliter īesse maiori. ꝛ a minori vniuersaliter remoueri: aut econuerso. vtreque ꝑmisse essent false sꝫ partē. exēplū. sicut si arguat̄ in cesare: sic nullū aīal est masculuz. oīs homo est masculus. ergo nullus hō est aīal. pꝫ. ꝙ ꝯcluderetur negatiua contraria huic imediate: oīs hō est aīal: per ꝑmissas falsas sꝫ partē: siłr in camestres. oē aīal est masculuz. nullus homo ē masculus. ergo nullus homo est animal.

¶ Similiter autem ꝛ alteram esse falsam ꝛ quamlibet cōtingit. ꝙ enim i. a. omni ꝛ i. b. est. Si igitur accipiatur. in. a. quidē toto esse. c. in. b. autez toto nō esse: que quidem est. c. a. uera erit. sed que est. c. b. falsa. Iterum quod in. b. nullo est neq; in. a. omni erit. Si enim ꝛ i. a. est ꝛ i. b. sed non erat. Si igitur accipiatur. c. i. toto quidē. a. inesse b. autem nullo. b. c. propositio uera erit. Altera autem falsa.

¶ Ostendit intentum altera premissarum tantum existēte falsa. ꝛ primo quo ad 2[m] modum prime figure. scdo quo ad primum. ibi. Similiter autem sic ꝛc̄. Primo igitur intendit conclusionem istam. predictus syllogismus fieri potest altera tantum premissa existente falsa quecunque sit illa indifferenter. probatur ꝛ primo vbi maior sit vera. cum enim maior extremitas per se ꝛ imediate predicet̄ de minori sicut supponitur. quicquid vniuersaliter dicitur de maiori extremitate vniuersaliter dicetur de minori. sicut quicquid vniuersaliter dicitur de animal. vniuersaliter etiam de homine predicatur. si igitur accipiatur aliquod mediū qd vniuersaliter inest maiori extremitati ꝛ in maiori propositione eidē vniuersaliter attribuatur. in minori vero vniuersaliter remoueat̄ a minori extremitate maior erit vera: minor vero falsa: sicut patet arguendo sic. omne aīal est viuū. nullus homo est viuus. ergo nullus homo est aīal. ¶ Secundo declarat̄ conclusio minori existente vera. Nam cum maior extremitas vniuersaliter īsit minori: vt supponitur nō poterit aliquid vniuersaliter a minori extremitate remoueri. qd vniuersaliter predicetur ḋ maiori. quia si sic tunc etiā vniuersaliter predicaretur ḋ minori. si igitur assumatur medium qd vniuersaliter a minori extremitate remouetur: ē maior propositio falsa ꝛ minor vera. ut patet sic arguendo. omne animal est inanimatum. nullus hō est inanimatus. ergo nullus homo est animal.

¶ Similiter autem fit trāspositio priuatio. Quod enim i nullo est. a. neq; i. b. nullo erit. Si igitur accipiatur i toto quidem. a. nō esse in. b. autē toto esse que quidem est. a. c. propositio uera ē altera autem falsa. Et iterum quod i omnibus est in nullo accipere. a. nō esse falsum est. Est enim necesse si i oī. b. ꝛ in quodā. a. esse. Si igitur accipiat̄ i omni. b. esse. c. i. a. autem nullo: que quidem ē. c. b. uera ē: que autem ē. c. a. falsa. Manifestum igitur ꝙ utrisq; falsis ꝛ altera tm̄ erit syllogismus deceptiuus in indiuiduis.

¶ Eandem conclusionem principaliter declarat in primo scdo dicens: ꝙ idem accidit transposita propositione negatiua. id est vbi maior sit negatiua que prius pōebatur affirmatiua. Nam cum maior extremitas vniuersaliter insit minori quicquid vniuersaliter remouebitur a maiori. etiā vniuersaliter remouebitur a minori. si ergo sit aliqd me[m] qd vniuersaliter remoueatur a maiori extremitate: ꝛ in maiori propositione de ipsa negatiue predicetur. in minori vero vniuersaliter attribuatur minori extremitati maior est vera ꝛ minor falsa. sicut hic. nullum animal est inanimatum. omnis homo ē inanimatus. ergo nullus homo est animal. Si vero accipiatur me[m] qd vniuersaliter īest minori extremitati non pt̄ vniuersaliter removeri a maiori stantibus terminis vt prius: ꝛ tunc formato syllogismo maior erit falsa ꝛ minor vera. vt patet. sic arguēdo. nullū aīal ē rōnale. oīs hō est rationalis. ergo nullus hō ē animal. Deinde phs epilogat dicēs ꝙ manifestū ē ꝙ i imediatis pōt fieri syllogism⁹ ignorātie utrisq; ꝑmissis exñtib⁹ falsis ꝛ similiter altera tātū.

¶ In his autem que non īdiuidua sunt cuz quidem per proprium medium fiat falsitatis syllogismus impossibile utrasq; falsas esse propositiones sed solum que est ad maius vltimuz. Dico autem proprium medium per qd fit cōtradictiōis syllogismus. Sit enim. a. in. b. per medium. c. quoniam igitur necesse est que est. c. b. affirmatiuam accipi syllō facto. manifestum est ꝙ hec semper est vera. Non enim cōuertit̄ sꝫ que ē. a. c. falsa. Cōuersa eniz hac ꝯrio fiet syllogism⁹.

¶ Determinat ḋ syllogismo ignorātie i posteriorib⁹ ꝛ mediatis. ꝛ pmo de affirmatiuo. scdo de negatiuo ibi. Si vero sit affirmatiuus. Itez primo facit qd dictuz est quo ad primam figuram. secundo quo ad secundaz ibi. Sed per mediaz figuram. Prima diuiditur in tres. quia prio ostendit qualiter predictus syllogismus fit per mediū propriū. scdo qualiter fit per mediū non propriuz sed similitudinez habens cuz medio proprio ibi. Similiter autē si ex alia. tertio q̄liter per mediū extraneū. ibi. Si vero nō per ꝓpriū. Primo intendit ꝯclonez istā. Qū i pma figura ex syllō ignorā-

ne per ppriū mediū īfertur. ppō negatiua 2ria ppōni mediate & demonstrabili. impossibile est vtrasq; premissas simul esse falsas: sed sola maior potest eē falsa. & mediū proprium inquit philosophus appello per quod fit syllogismus demonstratiuus oppositus syllogismo ignorantie: Ista cōclusio probatur sic. in syll'o negatiuo prime figure concludēte vlr minor est affirmatiua in qua illud mediū attribuitur minori extremitati. Cū igitur sit mediū ppriū. sequitur q minor non potest esse falsa. quare relinquitur maiorez solam esse falsaz. verbi gratia. arguendo sic. nulla figura hñs angulum extrinsecum &c. habet tres &c. sed omnis triangulus habet angulum extrinsecum &c. ergo nullus triangulus habet tres. vbi patet q minor est vera. qr non conuertitur ab ea qualitate quam habuit in demonstratiuo syllogismo. quoniā ita est affirmatiua & vera sicut prius erat. maior vero a sua qualitate conuertitur. Nam in demōstratiuo syllogismo erat affirmatiua & vera. nunc vero ē negatiua & falsa. vt patet arguendo sic. omnis figura habens angulū extrinsecum habet tres. triangulus est huiusmodi. igitur &c. ¶ Notandū q mediū propriū quantū ad propositum philosophi hic potest esse dupliciter vno modo predicatū essentiale mediū inter subiectū & predicatū: cū enim hec sit mediata. ōis homo est substātia. ad probādū illā per mediū propriū assumemus predicatū aliquod inter hominem & substantiaz: sicut animal aut corpus. arguendo. sic quodlibet aīal ē sbā. qlibet hō est aīal. igitur qlibet hō ē sūba. Idez etiā medium assumi pt in syll'o ignorātie arguēdo sic. nullum aīal est substātia. omnis homo est aīal igitur &c. Secundo modo dicitur medium propriū: qd est mediū cā ad demonstrandū passionē de subo sicut patuit in exemplo pmisso de triangulo. Primum medium est per se in eodem predicamento cū extremis. Secundum vero mediū in alio predicamento. vel si est in eodez predicamēto: hoc solū contingit reductiue. Possemus etiā pprie appellare mediū si vellemus effectū cōuertibilem. qui assumitur ad demrandū causam in demonstratione qr. qd similiter assumi pōt in syll'o ignorātie. Quidam vero alij addunt aliud eē mediū proprium necessariū & per accidens. sicut ad ostendendū hominem eē subam assumi potest q omne calidū est suba. & aliud esse medium proprium & cōtingens: qr ad pdictam propositionē syllogizandaz assumi potest. q omne album est substātia. sed hec duo sunt falsa & extra intentionem Aristotelis. vt patere potest cōsideranti. ¶ Dubitatur. qr in cōcludendo istam negationem mediatam. nulla substantia est homo in prima figura per medium proprium vtraq; premissa est falsa quare conclusio Aristo. nō est vera. assumptū patet arguendo sic. nullū animal est homo. quelibet substātia est animal. igitur &c. Et idē contingeret quodcunqz aliud mediū assumatur inter hominem & substantiā. ¶ Ad hoc dicunt quidā q conclusio Aristo. intelligitur de negatiuis habentibus pdicationē directam. pdicta vero ppositio solū habet indirectā predicationē. ¶ Aliter & melius dicit q predicta ppositio non ē cōtraria propositioni mediate & demōstrabili hec enī non est demonstrabilis. quelibet substātia est hō. cū sit impossibilis. & de illa loquitur expsse cōclusio. vt patet. de tali etiā intelligit Aristo. vt pz quasi per oēs expositores.

¶ Similiter autez est si ex alia coordinatōe accipiatur medium vt.d. quāuis in toto .a. sit. & de .b. predicatur omni. Necesse .n. est que est .b.d. propositionem manere: alteram autem conuerti. Quare hec quidem semper uera. illa autē semper falsa & fere huiusmodi deceptio eadem est ei que fit per proprium medium.

¶ Intendit conclusionē istam quando per medium alterius coordinationis de quo maior extremitas vniuersaliter predicatur & ipsum predicatur vniuersaliter de minori cū predictis conditionibus fit syllogismus ignorātie. maior ppositio est falsa. & minor est vera. vt in hoc exemplo. nullum coloratū est animal. omnis homo est coloratus. igitur nullus homo est animal. patet cōclusio. quia in maiori maior extremitas ab illo medio remouetur. & per consequēs est falsa. in minori vero idem medium attribuitur minori extremitati. & per consequens minor est vera. remanet ēt eadem minor in syllogismo ignorātie & syllogismo sibi opposito. quare sicut in syllogismo sibi opposito est vera. sic etiam in syllogismo ignorantie: maior vero a propria qualitate conuertitur. quoniā in syllogismo scientie erat affirmatiua: sicut arguendo sic. omne coloratum est animal omnis homo ē huiusmodi. igitur &c. In hoc autē syllogismo ignorantie assumitur illa negatiua. nullū coloratū est aīal. & per consequens in hoc syllogismo est falsa. tale vero medium non est propriū vt vult hic philosophus. sed simile pprio. & propter hoc accidit similis deceptio siue ignorantia sicut accidit per mediū propriū.

¶ Si uero non per proprium medium fiet syllogismus: cum .d. quidem sub .a. sit medium. in .b. autem nullo est: necesse est utrasqz falsas eē. Recipiende eniz utiqz sunt econtrario q se habeant propositiones si debeat fieri syllogismus Sic enim accepte utreqz fiunt false ut si .a. quidem in toto .d. est .d. autem in nullo .b. conuersis enim syllogismus quidem erit & propositiones utreqz false. Cum uero non sit sub .a. medium: ut .d. que quidem est .a.d. uera erit que uero est .d.b. falsa. quia si esset uera & conclusio eēt uera: sed erat falsa.

¶ Intendit hic duas conclusiones. prima si predictus syllogismus fiat per mediū extraneū qd vniuersaliter contineatur sub maiori extremitate. sed de minori minime predicetur. tunc necesse est ambas premissas eē falsas. patet. quia ille premisse contrario modo assumitur q sit ex parte rei: nā in maiori maior extremitas vniuersaliter a medio remouetur. & tamen ponitur ipsuz sub ea vniuersaliter cōtineri. in minori vero illud mediū vniuersaliter attribuitur minori extrēitati. eo q in prīa figura semper minor ē affirmatiua. & tamen vt ponitur de ipsa minime pdicat. Exemplū huius est in hoc syllogismo. nulla oliua est corpus. oīs homo est oliua. ergo nullus homo est corpus. ¶ Secunda conclusio est. vbi tale mediū extraneū non sit sub maiori extremitate. sed supple ab ea oīno remoueatur. maior ppositio predicti syllogismi erit vera. mior vero falsa. patet sic arguendo. nullus lapis est viuuz. oīs homo est lapis. ergo nullus homo ē viuum. non tñ potest minor eē vera. qr tunc maiori existēte vera conclusio eēt vera. & sic tunc non eēt syllogismus ignorātie. Itē posset argui sic medio nullo modo inest maior extrēitas. vt ponitur: que tñ attribuitur minori vlr. quare mediū nullo mō attribui pōt minori extremitati. & p 2ñs minor ppositio que ē affirmatiua ē falsa ¶ Dubitat. nunqd cōtingat p mediū extraneū fieri talez syllogismū ignorātie maiori existēte falsa. & minori vera. q nō videt tacite innuere phs. q sic arguit. in isto syllogismo nulla suba ē corpus. oīs hō ē suba. ergo nullus hō ē corpus. Suba .n. videt mediū extraneū cū non sit propriū mediū inter hoiez & corpus. scdo qdā arguunt sic. facto isto syllogismo. oīs hō ē lapis. nullus lapis ē viuus. ergo nullus hō est viuus. pz. q maior ē falsa & minor vera vt pz. qđ e &c. ¶ Ad primū dici pōt q substantia in pdicto syllogismo nō est mediū extraneū. dicit .n. mediū extraneū qd alteri extremitati fuerit disperatum. hoc aūt in pposito nō cōtigit. patet. ¶ Aliter dici potest q substantia large loquendo est medium extraneum verumtamen omnino remouetur a maiori extremitate sicut philosophus intelligit. & ideo in conclusione addidi istam particulam. q omnino ab ea remoueatur. ¶ Ad scdm dicitur q in predicto syllogismo fit transpositio premissarum. & q illa que primo loco ponit non est vere. sed apparenter maior. sed ē vere mior. scds

vero ē vē maior. quare argumētū nō procedit.

¶ Sz per mediā figuram facta deceptōe vtrasqz quidez nō contingat falsas esse ꝓpositiones totas. Cuz eni sit.b.sub.a.nihil quidez contingit hoc quidem omni in illo vero nullo eē. sicut dictum est prius. Altera vero potest esse falsa ꝛ quecūqz cōtingit si.n.c.ꝛ ī.a ꝛ in.b.ē. si accipiatur i.a. quidem eē.in.b.uero nō eē. que qdē.a.c.uera erit.altera aūt falsa. Iterum si quidē i.b.acciptē.c.esse.i.a.autem nullo:que quidē ē.c.b.uera erit.altera autem falsa. Si quidē igiē sit priuatiuus syll's deceptionis dictū est:quare ꝛ quando ꝛ per que erit deceptio.

¶ Declarat intentū quo ad scđam figurā. ꝛ intēdit duas conclones. Prima est ista. pdictus syll's nō potest fieri in secūda figura ambabus premissis existentibus totaliter falsis. probatur. qz per talem syllogismum concluditur vniuersalis negatiua. sicut nullum.b.est.a. cuius cōtraria est mediata ꝛ vera.s.illa.omne.b.est.a.quare sequiē ꝙ maior extremitas vniuersaliter inest minori. ꝛ per cōsequens impossibile est aliquod mediū reperiri ꝙ vniuersaliter insit alteri illorum. ꝛ vniuersaliter ab altero remoueatur. sz hoc deberet fieri si ambe premisse sint totaliter false in secunda figura qz medium bis ꝛ vniuersaliter predicaē de vno affirmatiue ꝛ de altero negatiue. quare conclusio ē vera. ¶ Notandū ꝙ licet in pdicto syllogismo ambe premisse nō esse possint totaliter false. possunt tamen eē false sin partez: sicut patet sic arguendo. omnis substantia est rationalis. nullum animal est rōnale. ergo nullum animal ē substantia. ¶ Secunda cōclusio. in predicto syllogismo facto in illa scđa figura. potest altera premissarum eē totaliter falsa. ꝛ illarum quecunqz indifferenter. probatur. qz vbi mediuz assumatur: qđ vniuersaliter inest maiori ꝛ minori extremitati. ꝛ in maiori proprietate affirmatiue predicetē de maiori: in minori vero negatiue predicetur de minori. maior ē vera ꝛ minor falsa: sicut pz sic arguēdo. oē corpus est subā. nullus homo est subā. ergo nullus homo ē corpus ꝛ iste est syllogismus in scđo modo illius figure. si vo đ maiori extremitate negatiue predicatur ꝛ de minori affirmatiue maior est falsa ꝛ minor vera. vt patet. in hoc exemplo. nullum corpus est substantia. omnis homo est substantia. ergo nullus homo est corpus. ꝛ iste ē syllogismus in pmo modo illius figure. vt patet. Deinde philosophus epilogat: ꝛ litera de se patet.

¶ Si uero sit affirmatiuus tunc per proprium medium impossibile est utrasqz eē falsas. Necesse enim est que ē hic manere: si quidē erit syllogismus sicut dictū est prius. Quare.a.c.semper erit falsa. hec aūt erit econuersa.

¶ Determinat de syllogismo ignorātie affirmatiuo in propositionibus mediatis. ꝛ primo qūo fit per mediū proprium. scđo quomodo fit per medium simile proprio ibi. Similiter autem ꝛc. tertio quomodo fit per medium extraneum ibi. Cum vero non per proprium ꝛc. Intendit igiē primo conclusionē istam si fiat syllogismus ignorātie affirmatiuus in propositōibus mediatis per medium propriū impossibile est vtrasqz premissas eē falsas. probaē qz talis syll's non potest fieri nisi in primo prime figure vniuersaliter concludente: sed tūc assumendo medium propriū minor propositio est vera in qua mediū de minori extremitate affirmatiue predicatur: sicut patet in hoc exēplu. omnis substantia est quātitas. omnis homo ē substātia. ergo omnis homo est quātitas. minor igitur manet sicut ē in syllō demōstratiuo. maior vero mutata ē: vt patet.

¶ Similiter aūt est ꝛ si ex alia ordiatōe accipiatur mediū: sicut dictū est in priuatiua deceptiōe Necesse est enī que quidē est.d.b.manere.

¶ Dicit ꝙ etiam idem contingit si accipiatur medium alterius extraordinationis non proprium: sed simile proprio: sicut etiam prius dicebatur de syllogismo ignorātie negatiuo. tunc enim minor erit vera non mutata ab eo qđ est in syllogismo scientifico. maior vero erit mutata. vt patet sic arguendo. omne coloratum est quantitas. omnis homo est coloratus. igitur omnis homo est quantitas. illa igiē deceptio ē similis precedenti.

¶ Cum uero sit non per proprium medium si quidem sit.d.sub.a.nec quidez erit uera. altera aūt falsa. potest enī.a.in pluribus esse que non sunt sibiinuicem. Si uero non sit.d.sub.a. hoc quidem manifestum: quoniam semper erit falsa. affirmatiuum enī accipitur: que quidez.d.b. contingit ꝛ ueram esse ꝛ falsam. nihil enim prohibet.a.quidem.in.d.nullo esse.d. autez in omni.b.ut animal: scientia: musica. Non autem uerum neqz.a.in nullo.d.neqz.d.ī nullo.b. Manifestum igitur est. quoniam cum non sit mediū sub.a.utreqz possunt esse false. ꝛ quecunqz cōtingit. Quot quidē igitur modis. ꝛ per que possunt fieri secundum syllogismum deceptiones ꝛ in his que sunt sine medio ꝛ in his que sunt ꝑ demonstrationes manifestum est.

¶ Intendit duas cōclusiones. primo vbi predictus syllogismus fiat per medium extraneum qđ tamen cōtinetur sub maiori extremitate. maior est vera. ꝛ mior falsa vt patet: sic arguendo. oīs albedo est color. omnis homo est albedo. ergo omnis homo est color. possibile enim est inqt philosophus maiorem extremitatem pluribus inesse non subalternatim positis. color nāqz inest albedini ꝛ nigredini. vt patet. ¶ Secūda cōclusio. vbi predictum medium extraneum nō continetur sub extremitate maiori. maior propositio erit falsa: minor vero potest eē indifferenter vera vel falsa. Exemplum primi in terminis Aristotelis est in hoc syllogismo. omnis scientia est animal. omnis musica est scientia. ergo omnis musica est animal. nihil.n. phibet illud mediuz extraneū a maiori extremitate totaliter remoueri. ꝛ de minori extremitate predicari. sicut patet in pdicto exemplo. Exēplū scđi. omnis linea ē color. omnis hō ē linea. ergo oīs homo ē color. ↄtingit nāqz maiorē extremitatē de medio nō pdicari. ꝛ me[m] nō ineē minori vt in predicto exēplo. māifestū ē igiē ꝙ cū mediū non continetē sub maiori extremitate vtreqz premisse possunt esse false ꝛ qcunqz contingit eē falsa. Deinde phūs epilogat. ꝛ littera pz. ¶ Dubitaē primo. qz nō videē possibile ꝙ mediū sit extraneum ꝛ sit sub maiori extremitate. dicitur enim extraneuz quia disperatum. sed genus nō ē disperatū spēi. nec ecōtra vt pz quare ꝛc. ¶ Scđo dubitaē contra scđam ↄclōnē. qz vbi arguitur per diffinitionem maioris extremitatis. sicut in hoc syllogismo. omnis substantia aīata sensitiua est aīal. omnis musica est substātia animata sensitiua. igitur omnis musica est animal. Ibi accipitur medium proprium quod non continetur sub maiori extremitate. ꝛ tamen maior nō est falsa: vt pz. igitur ꝛc. Idem cōfirmatur per hunc syllogismuz. omne currens est asinus. omnis homo est currēs. ergo omnis homo est asinus. similiter omne rudibile ē asinus. omnis homo est rudibilis. igitur ꝛc. ¶ Ad primum dicitur ꝙ per mediū proprium hic ari. intendit illud per quod negatiua mediata demonstratur. omne illud igitur appellari potest medium extraneum in proposito: per qđ negatiua opposita affirmatiue illius syllogismi nō demonstrateē. Ad ꝓpositū igiē accepta illa vniuersali. omnis homo est color. eius contraria nullus homo est color demōstrari debet ordine recto per aliqd superius ad hoīez vel ad

colorem: aut saltem per aliquod conuertibile. non autẽ per inferius ad colorem: q2 albedo in proposito diceretur medium extraneũ. ⁊ ideo neganda ẽ illa pña. albedo nõ ẽ medium disparatũ respectu coloris. ergo non est mediũ extraneum. ⁊ propter hoc dixit Al. ꝙ illud exemplum Aristo. de musica. scientia ⁊ animal non est cõgruum. Ibi eñ adducitur sciẽtia pro medio. qđ tñ nõ est extraneũ: qm̃ per illud medium demõstratur hec negatiua. nulla scia est aĩal. sed de hoc nõ est curãdũ vt ipse dicit. ❡ Ad 2m probabiliter dicit ꝙ mediũ illius sylli non dꝫ dici extraneũ. qm̃ illa negatiua. nulla musica ẽ animal. recto ordine demonstrari potest per diffinitionem aĩalis. ❡ Ad confirmationẽ pñnã diceretur ꝙ currens nõ est medium qđ pertineat demonstrationi cũ sit contingens. ⁊ p pñs neqꝫ mediũ ꝓpriũ neqꝫ extraneũ pertinens demonstrationi dici dꝫ de quo arist. intendit. ❡ Ad sc̃dam probabiliter dr̃ ꝙ rudibile est mediũ propriũ saltẽ in demõstratione q2. nã illa. nullus homo est asinus. põt per illud mediũ demõstrari. quare ⁊c̃. ❡ Uel dubitatur circa totã ꝓcedentẽ ptem. q2 nõ solum contingit ex syllõ ignorãtiã generari. q2 cõcludat falsam. ⁊ assumat ꝓmissas falsas vel alterã istarũ. sed etiã q2 peccat in forma vt pꝫ. ⁊ tamen de tali ignorantia Ari. nõ determinat. quare fuit diminutus. ❡ Ad hoc videtur ꝙ ad hũc librũ nõ pertinet de tali defectu determinare. sed ad librũ elenchorum: presupponit enim posteriorista debitã sylli formã. ⁊ cõsequenter ostẽdit qualiter in rebus necessarijs contingat aliquando per talem syllm vere scire aliquãdo vero decipi. Item dum posteriosta disputat siue verum demonstret siue falsum cõcludat disputat circa necessaria. ⁊ non circa probabilia. in tali vero disputatione nõ habetur vsus syllogismi falsi sm formã sed vel sylli veri sc̃dm materiaꝫ vel sylli veri sm formam tñ. q2 vt scribit primo topicorũ paralogismus discipline ꝓcedit ex proprijs discipline. sed nõ ex veris. In disputatõe vero topica potest eẽ vsus tã sylli falsi sm formã ꝙ sm materiã. q2 illa disputatio est circa cõmunia ⁊ ꝓbabilia. quare rõnabiliter hic nõ debuit Ari. determinare de ignorãtia ꝓueniẽte merito forme sylli.

Anifestuꝫ est aũt ꝙ si aliqs sensus defecerit necesse est aliquã sciãꝫ de
m ficere. qm̃ impossibile est accipe sine sensu. Si vere discimus aut inductiõe aut demostratõe. Est ãt demonstratio quidem ex uniuersalibus. Inductiõ autem ex his que sunt sc̃dm partem. Impossibile autem uniuersalia speculari ⁊ non per inductionem. qm̃ ⁊ que ex abstractione dicuntur eẽ per inductiones nota facere que insunt in unoquoqꝫ gñe quedam: ⁊ si non sepabilia sunt secũdum ꝙ unũquodqꝫ huiusmodi est. Inducere. n. non habentes sensum impossibile est. singularium enim sensus est. Non enim contingit accipere eorum scientiam. neqꝫ enim ex uniuersalibus est sine inductione neqꝫ per inductionem sine sensu.

❡ In hac sc̃da parte pñcipali determinatur de ignorantia negationis. ⁊ breuiter sine diuisione aristo. premittit cõclusionem istam. Si deficit nobis aliquis sensus necesse ẽ aliquã sciẽtiam deficere quã impossibile est nos de nouo accipere. ⁊ per consequẽs in nobis ex defectu sensus fit quedã ignorantia negationis. pro declaratõe cõclusiõis Arist. premittit quedam. primo ꝙ nos addiscim⁹ aut per inductõeꝫ aut per demonstrationem. sc̃do ꝙ demõstratio ex vniuersalibus procedat. ĩductio vero ex singularibus patet ex his que dicta sunt in prohemio. tertio premittitur ꝙ ĩpossibile est vniuersalium habere notitiam per demonstrationẽ nisi precedente singularium notitia per inductionẽ. probatur. q2 si hoc nõ est verum hoc maxime videretur in rebus abstractis sicut in mathematicis. sed in illis probatur eẽ veruꝫ ꝙ in quolꝫ genere abstractorum sunt quedã particularia que non sunt a materia sensibili abstracta sm ꝙ vnũquodque istorum est hoc. ẽ eñ assignare hanc lineam in hac materia que vt sic nõ est abstracta. vltimo premittitur ꝙ impossibile est carente sensu notitiam aliqꝫ acquirere per inductõeꝫ eorum que a sensu percipiunt pꝫ. quia sensus est singularium. Ex his premissis arguitur sic. deficiẽte nobis aliquo sensu nullam possumus notiã habere ꝑ inductionẽ eorũ singularium que illo sensu cõprehendunt per vltimam suppositionem. ⁊ si non possumus notitiam habere per inductioneꝫ neqꝫ suorum vniuersalium notitiam habere possumus ꝑ demonstrationem. vt patet ex tertio premisso. sed nos nõ addiscimus nisi per ĩductionẽ. vel demõstrationẽ per suppositionẽ pñnã quare relinquitur ꝙ deficiẽte nobis aliquo sensu necesse ẽ nobis aliquã sciam deficere.

St autem omnis syllogismus per tres terminos. Et hoc quidem de
e monstrare possibile est quoniaꝫ est a. in. c. propter id quod est in. b. ⁊ hoc in. c. Sed priuatiuus quidem est alteram quidem propositionem habẽs quoniam est aliud in alio: alterã autẽ quoniaꝫ nõ est.

❡ Iste est tertius tractatus in quo pħs ostẽdit ĩ demõstrationibus nõ eẽ ꝓcessum in infinitũ. ⁊ diuiditur in quatuor capitula. in primo premittit quedam necessaria ⁊ mouet questiones de hac difficultate. In sc̃do ostẽdit ꝙ solutio quarundam istarum questionum reducit ad solutionẽ aliarum ibi. Qđ quideꝫ igitur non cõtingit ⁊c̃. In tertio soluẽdo principales questiones probat intentũ per rationes quasdam communes que accipiuntur sm predicata communiter sumpta ibi. Sed ꝙ in illis logice. In quarto idem facit per rationes proprias demonstrationi que accipiuntur sꝫ predicata per se ibi. Dialectice autem ⁊c̃. Primũ vero capitulum diuiditur in duas partes. quia prio premittit quedam necessaria. Secundo mouet questiões ibi. Si igitur ⁊c. prima diuiditur in duas quia prima premittit quedaꝫ pertinentia ad formam syllogisticam. Secundo vero magis pertinentia materie demonstrationis ibi. Manifestuꝫ autem est primo igitur ꝓmittit ꝙ omnis syllogismus est ꝑ tres terminos. s. maiorem extremitatem minorem. ⁊ medium. pꝫ primo priorum. secundo ꝙ forma syllogismi affirmatiui in prima figura cõcludit. a. eẽ in. c. per hoc ꝙ. a. est in. b. ⁊. b. est. in. c. arguẽdo sic omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo. omne. c. est. a. cõcludit ergo maiorem extremitatem esse in minori per hoc ꝙ maior extremitas de medio affirmatiue ꝓdicatur. ⁊ mediũ de minori. pꝫ hoc suppositum loco allegato. ❡ 3o premittitur etiã ꝙ syllõ concludẽte negatiue necesse est alterã ꝓmissarum eẽ affirmatiuam alteram vero negatiuã. patet ibidem. ❡ Notãdũ sm ꝙ colligitur loco allegato ꝙ primũ super quo fundantur principaliter sylli affirmatiui est. quecunqꝫ vni tertio sunt eadem: sunt eadẽ inter se. per hoc pꝫ informatione ꝓdicti sylli: primum vero ex quo principaliter originantur sylli negatiui est ꝙ omne qđ ab alio vr̃ remouetur ab omni eo qđ ẽ idẽ illi remouetur. ⁊ quidam hic adducunt instantias sophisticas que alibi vidẽde sunt.

❡ Manifestum igitur est quoniaꝫ principia ⁊ dicte suppositiones he sunt. Accipientes enim hoc necesse est sic demonstrare vt ꝙ a. sit in. c. ꝑ. b. Iterum autem ꝙ. a. sit in. b. per aliud medium. ⁊ ꝙ. b. sit in. c. similiter.

❡ Hic Ari. duo ꝓmittit p° primũ. Sc̃do 2m. ibi sm quedã sigt opinionẽ. prio dicit ꝙ manifestũ ẽ ꝙ he ꝓpõnes ex quibus ꝓcedit in syllõ demr̃atiuo sunt pñcipia quedã ⁊ suppõnes de quibus dem̃ ẽ. Nobis. n. hec principia sumẽtibus demõstrabimus ꝙ oẽ. c. ẽ. a. ꝑ. b. mediũ. illũ vo maiorẽ. oẽ

b.c.a. si fuerit mediata p aliqđ mediū dēmrabim⁹. ⁊ eodē modo istā minorē. oē. c. ē. b. si fuerit mediata. Aliter alij istū textū introducūt. vz. manifestū est q̄ he due suppōnes premisse de forma sylli sunt principia ad pbandū itentū: supponētes eni hec duo principia demrabimus tūc q̄ .a. sit in c. p. b ⁊ c. q. s. tūc sciemus qualiter probanda i cōclusio. qualiter maior. ⁊ qualiter minor. ⁊ hec videtur expositio Alberti ⁊ forte melior.

¶ Scđm qđē igitur opinionē syllogizātibus ⁊ solū dialectice manifestū est q̄ hoc solū itēdēdū sit. Si ex quibus ↄtigit verissimis fiat syllogism⁹ Quare ⁊ si ē aliqd coruz i veritate que sūt. a. b. medium. videtur autē nō p hoc syllogizās syllogizatus dialectice est. Ad veritatem autem ex his que sūt oportet intēdere.

¶ Ostēdit drīam inter syllogismum dialecticū ⁊ demonstratiuū: dicēs q̄ vbi fiat syllogismus dialecticus inducēs opinionē sufficit solū ad hoc intēdere vt eius p̄misse sint verisimiles ⁊ opinabiles q̄cunqz fuerint indifferēter siue p se siue p accidēs. quare si dialectico aliqua occurrat ppositio in syllogizando q̄ fm veritatē habeat mediū sz pp eius probabilitatē videatur p se nota: hoc sufficiet dialectico: ⁊ ex ista syllogizās sufficiēter pficiet dialecticum syllogismū. ad demonstratorē aūt qui ē artifex veritatis pertinet vt ex his procedat q̄ fm veritatē sint immediata. ¶ Notandū q̄ vt ppositō spectat. ppositio dupliciter dici pōt imediata primo fm veritatē. scđo fm apparētiam siue pbabilitatē; primam semp accipit demonstrator ex illa mediate vl' immediate d̄monstrando: scđam v̄o dialecticus accipe pōt: propositio fm apparētiam immediata est q̄ vel omnibus vl' pluribus apparet p se nota. cum autē dialectico sufficiat vt opinionē inducat ex tali immediata procedere pōt.

¶ Habet antē se sic. Quōiam aūt est quod ipz quidē de alio predicatur n̄ fm accn̄s: dico autē fm accn̄s ut albū: aliqñ dicimus illud eē hoiem nō siliter dicēres ⁊ hoiem album. Quod quidē enim cum nō alterū aliquod sit album est. albūz autem est quōiaz accidit homini esse albū. Sūt igitur quedam huiusmodi que quidem secūdū se predicantur.

¶ Ponit aliā drīam. ⁊ primo premittit q̄ quedam predicantur per se ⁊ nō per accidens quedam vero per accidēs predicant: ⁊ hoc dupliciter q: vel accidēs predicat de subiecto: sicut hic. homo est albus. vel subiectum de accidēte sicut hic. album est homo. ⁊ differunt isti modi. quoniam cum dicimus hominem eē album non aliquid alterū dicimus eē q̄ illud subiectum. ⁊ cū dicimus album est homo illud predicatū homo nō dicit de albo nisi q: dicit de eo cui accidit esse album. sunt igit aliqua que per se predicant ⁊ supple vlterius q̄ demōstrator semp vtitur his que sunt per se: dialecticus aūt his que sunt per accidēs vti potest. ¶ Notandū q̄ dupliciter dici pōt ppositio per accidens: vno modo ratiōe subiecti. alio mō ratione habitudinis predicati ad subiectū. hec igitur ppositio. homo est albus solū secūdo modo dicitur per accidēs. cum inter albūz ⁊ hominem sit habitudo per accidēs. sed nō primo modo. qm̄ homo nō est subiectū rōne alterius cui insit accidēs. ⁊ hoc est qđ dicit phs q̄ album tūc non dicitur aliquid alterum ⁊c. hec vero propositio. album est homo. est vtroqz mō per accidens. albū enim est subiectū per accidens. quoniā non est subiectū respectu hominis nisi rōne sortis vel platonis de quo predicatur homo: cui accidit albedo ⁊ quia album est concretū denominatiuum qđ subiectū per se dici nō potest saltem respectu substātie. licet vt quidam dicūt. respectu alterius cōcreti possit eē per se subiectū. sicut hic. albūz est coloratum. Item aliquādo dicunt quidaz. ⁊ in idē venit. q̄ hec album est homo. est per accidēs ⁊ indirecte. qm̄ indirecta predicatio est substantie de accidēte. hec vero homo est albus ē per accidēs ⁊ directa. qualitercunqz igitur dicatur semper magis per accidēs est quādo subiectuz de accidēte predicatur q̄ econuerso. ⁊ talis ppositio remotior est a ppositōe per se ¶ Notādū scđo q̄ albertus aliter exponit illā vltimā particulā. sunt igitur quedam ⁊c. dicens q̄ quedā sunt predicata fm se. que. s. rationem hāt ppriī predicati. sicut albū. ⁊ similiter quedam sunt subiecta p se sicut fortes color superficies ⁊ similia. que dicunt subiecta ratione sui. siue talia faciant ppositionē per se in primo vel scđo modo. siue non ⁊ de talibus subiectis hic intēdimus. ⁊ non de subiectis per accidēs. qm̄ infinita talia eē possunt sicut album musicū currēs ⁊ sic de infinitis.

que ponitur in textu. premisse sunt frequenter vere ergo cõclusio est frequenter vera. sicut enim ex falsis põt seq verum ⁊ ex raro cõtingenti necessariũ vt cõmuniter in logica patet sic vel a fortiori ex frequenter cõtingentibus põt sequi necessarium. ¶ Ad primum multa dici ⁊ notari possent magis videnda 2° phycorum. sed breuiter transeundo remissa superfluitate verborum que communiter adducuntur respondetur ꝙ secundo phycorum de fortuna ⁊ fortuitis habetur scientia. s. cognoscẽdo quid sit cã ⁊ fortuna. ⁊ effectus casualis ⁊ fortuitus ⁊ qualiter ista conueniant aut differant. ⁊ hoc fit per terminos generales licet aliquãdo per terminos singulares declarentur vis exempli ad maiorem vel meliorẽ impressionem in anima disciplinabili: in istis tamen aliquis modus reperitur perscitans: fortuna .n. per se vt cõmuniter dicitur fortuna est causa per accidẽs ⁊c. hoc tamen nõ obstante dico ꝙ per cãm fortuitam aut casualem ut sic siue in vniuersali siue in particulari sumptam: nõ demonstratur effectus casualis vt sic. verbi gratia. nunq̃. demõstrato: demõstrabit receptionem pecunie tanq̃ effectũ ex ambulatione ad forum tanq̃ ex cã. siue sumatur ambulatiõ in vniuersali siue ambulatio for. in particulari: neq̃ fractionem capitis demõstrabit ex descensu lapidis siue vniuersaliter siue particulariter sumatur. ⁊ hoc ideo contingit: quia effect⁹ fortuitus a cã fortuita proueniens per accidens prouenit ⁊ preter eius intentionẽ: ab ea ẽt rarior ⁊ cõtingenter ꝓuenit de talibus aũt vt sic: nõ habetur scientia per demonstrationẽ: ⁊ hoc ẽ qd aristo. hic intendit. ¶ Ad secũdũ dubium: vt cõmuniter dicitur. nota primo ꝙ quãdoq̃ causa necessario ꝓducit effectum suum. aliquando vero nõ. exẽplum primi sicut in mathematicis ⁊ diuinis: necessario. n. posita equalitate anguli extrinseci duobus intrinsecis sibi oppositis ponitur equalitas trium angulorum duobus rectis. silr in diuinis necessario posito tali motu orbium celestium sequitur talis effectus aspectus oppositio ⁊ coniunctio: ⁊ sic de alijs etiam de intelligentijs dicatur. exemplum secundi. sicut in naturalibus: licet semen oliue sit causa ipsius effectus aut materialis nõ tamen necessario posito semine generatur oliua: sed frequẽter ex isto generatur. ex quibus patet ꝙ prius arguendo in rebus naturalibus optime sequitur cã ex effectu. nam si est aut generatur oliua semen eius necessario est aut fuit: a priori vero nõ sequitur formaliter vniuersaliter a causa ad effectum. in mathematicis aũt ⁊ diuinis ex cã in actũ optime sequitur a priori arguendo effectus secũdũ actum. ¶ Notandũ secũdo ꝙ licet ita sit: si tamen accipiatur cã naturalis. ⁊ per se scdm aptitudinẽ ex isto necessario: sequitur effectus scdm aptitudinẽ vt si semẽ oliue est aptum eẽ ex isto apta est oliua generari. ⁊ sic de alijs. ⁊ in hoc differt cã naturalis per se a cã fortuita vel casuali que de se nullam dicit aptitudinẽ ad effectum casualẽ aut fortuitũ. Ex quo pz scdm aptitudinem demõstrando poterit nãlis a priori demõstrare absolute ex necessarijs procedẽdo: lz premisse. ⁊ conclusio scdm actũ non sunt necessarie: sed frequẽter fere. ¶ Ad argumentum igit principale cõcedit quilibet demonstrationem eẽ ex necessarijs. demõstratões. n. naturales vt plurimum sunt ex pmissis ⁊ cõclusionẽ aptitudinem denotãtibus que vt sic sunt necessaria. cũ quo stat ꝙ vbi dicerent actum solũ sunt frequenter vere. ⁊ hoc est qd philosophus intendit. quedam enim sunt naturalia frequenter contingentia. que tamen eo modo quo demonstrationẽ ingrediuntur necessitatem quandam important. ¶ Aliter ⁊ faciliter soluit linconiensis: distinguens ꝙ quedam est demõstratio ꝓprie dicta. ⁊ quedam cõmuniter dicta. demonstratio proprie dicta solum est ex necessarijs. ⁊ hoc ꝓbant auctoritates adducte. demonstratio vero cõmuniter dicta potest eẽ ꝑ frequenter contingentia. ⁊ hoc Aristo. intelligit in predicamẽtis. ¶ Ad tertium dubium cõceditur: ꝙ ex frequenter nõ sequitur necessarium. sed omne necessarium est frequẽter verum ⁊ non econtra. sufficit tamen ad intentum Aristo. ꝙ si premisse alicuius boni syllogismi fuerint frequẽter vere: conclusio ad minus erit frequenter vera: lz etiam possit esse necessaria.

¶ Neque per sensum est scire: si enim est sensus talis ꝙ huius ⁊ non huius alicuius: sed tamen sentire necesse est hoc aliquid ⁊ vbi. ⁊ nunc vniuersale aũt ⁊ in omnibus impossibile est sentire non enim hoc est neq̃ nunc. n. n. eẽt vle: qd. n. sp ⁊ vbiq̃ ẽ vle dicimus eẽ: quoniã igitur demonstrationes vles sunt. has autẽ nõ est sentire. manifestum est ꝙ neq̃ scire per sensum est.

¶ Ponit secundam conclusionẽ. ⁊ primo ꝓbat eã. secundo ostendit eã esse honorabiliorem cognitione sensitiua. tertio ostendit cognitionẽ sensitiuã quandoq̃ multũ proficere ad scientiã. ibi secunda. Uniuersale aũt honorabile ẽ ⁊c. ibi tertia. Sunt tamẽ quedã ⁊c. Itẽ primo probat conclusionem: secũdo remouet errorẽ quorundã ibi. Sed manifestũ est ⁊c. Cõclusio est ista. scientia nõ est de rebus sensibilib⁹. vel sub alijs verbis scĩa non consistit in cognitione sensitiua. probatur sic. scientia solũ est de vniuersalibus. sed vniuersalia nõ sunt sensibilia. ergo cõclusio vera. maior patet. quia demonstratio solum ẽ de vniuersalibus. vt in precedẽtib⁹ patuit. quia cũ scientia per demonstrationẽ acquirat sciena est solũ cum est de vniuersalibus. minor probat sic. quilibet sensus est alicuius qualitatis que est huius singularis obiecti. ⁊ per cõsequẽs nõ ꝯtigit sentire nisi singulare obiectum: qd est hic ⁊ nunc. vniuersale aũt nõ est hic ⁊ nũc: sz semper ⁊ vbiq̃. alias enim nõ esset vniuersale. ergo vniuersale nõ contingit sentire. ¶ Notandũ pro intellectu textus ꝙ cuilibet sensui exteriori aliqua qualitas correspondet tanq̃ obiectum propriũ ipsius: sicut visui color corespondet. auditui sonus ⁊ odor olfatui. hoc autem a proprio eo⁹ sensu percipi non põt nisi fuerit in aliquo singulari subiecto propter materialitatẽ sensus. ⁊ hoc est qd phs intendit cũ dicit. Si enim est sensus talis .i. si sensus est alicuius obiecti qualis sicut colorati calidi vel frigidi: qd obiectum habet esse in aliquo singulari subiecto. Quidã tamen lincoñ introducunt dicentes ꝙ aristo. intelligit sensum eẽ vniuersalis: sed sentire est particularis: ⁊ ideo exponunt sic litteram. Si enim est sensus talis qd est huiusmodi. i. si sensus est rei vniuersalis: ⁊ nõ huiõi alicuius. i. rei particularis ⁊c. sed scdm precẽdentem expositionẽ exponeretur sic: si sensus est talis obiecti qd est alicuius ⁊ nõ huiõi. qr est alicuius singularis subiecti ⁊ nõ alterius ⁊c. ⁊ hoc magis cõsonat expositioni linco. ¶ Dubitatur quia dicit in textu ꝙ vle est vbiq̃ ⁊ semper: deinde dicitur ꝙ non est hic ⁊ nunc: sed hec implicant cõtradictionẽ. vt patet. Preterea sunt multa vniuersalia que non sunt semper neq̃ vbiq̃. non enim semper. e. species est: neq̃ vbiq̃ est rosa: aut alia: sed in determinatis regionibus. vt patet. Item si vniuersalia essent vbiq̃ tunc in eodem loco essent omnia vniuersalia. ⁊ sic simul eẽnt. homo asinus ⁊ oliua: ⁊ sic de alijs quod videt absurdũ. Ad hoc varie sunt rñsiões. prima rñsio antiqua dicit ꝙ vle esse semper ⁊ vbiq̃. non intelligendum est positiue: sz priuatiue vniuersale. n. nõ per se est in loco nec in tempore: sz per intellectum ab omni loco ⁊ tempore abstrahitur. ⁊ addunt quidam ꝙ sicut materia prima nullam sibi determinat formam. quelibet tamen successiue recipit ⁊ ad quãlibet ẽ indifferens sic etiam vniuersale nullum locum aut tempus de se sibi limitat ⁊ ad quelibet est indifferens: non. n. est in loco neq̃ in tempore nisi ratione suorum singularium ⁊ io priuatiue ⁊ abstractiue intellectus dicitur eẽ semper ⁊ vbiq̃. ¶ Secũda est responsio linconiensis dicẽs ꝙ vniuersale est vbiq̃: qr est in quolibet suorum singularium. vniuersale. n. esse vbique est ipm esse in quolibet suorum locorũ sed singularia sunt loca suorum vniuersalium non tñ vniuersale est hic neq̃ nunc qr. s. nũc ita est in hoc singulari ꝙ nõ in illo. ¶ Tertia responsio. eiusdẽ linconiensis dicit ꝙ vniuersale est vbiq̃. quia est in intellectu. intellectus autem dicitur eẽ vbiq̃. eo ꝙ omnia intelligere potest. intellectus antem illic ẽ vbi est illud quod intelligitur: sicut etiam anima amans est vbi est res amata. sed hoc puto metaphorice dictum. addit linco. ꝙ si diceremus vniuersalia eẽ ideas in mente diuina. aut ydeas situatas in corporibus celestibus

aliter esset dicendū. ⁊ vide que ibi dicit. ¶ Quarta respōsio quorundam posterorū dicit ꝙ aristo. hic nō loquitur de vniuersali simplici ⁊ absolute. sed de vniuersali complexo. videlicet de subiecto in relatione. ad passionem ⁊ cām ipsius. ⁊ econtra. verbi gratia. lunam eē eclipsabilez ē semper ⁊ vbiqꝫ: qꝛ vbicunqꝫ ⁊ qñcunqꝫ diametraliter ītei ponitur terra inter solē ⁊ lunam luna eclipsaē. nō tamē est hic ⁊ nūc: ꝙ .s. aliquo loco vel tempore diametralis ista interpositio eclipsim lune causet: ⁊ nō alio. ¶ Primā rñsionē puto magis ꝓpriam ⁊ magis ad mentē aristo. Ex quibus ad dubium patet primo: ꝙ ſm oēs respōsiones illa nō implicant vniuersale ē vbiqꝫ: ⁊ nō est ħ neqꝫ nūc. ¶ Ad ꝯfirmationē pꝫ ſm rñsionē primā. Scḋm linconiēsem diceret ꝙ nulla rosa ꝑticulari existe sufficit spēm rose ſm aptitudinē esse in quolibet suorum singularium. Et si dicatur ꝙ saltez non est semper: respōderi potest ꝙ ipsa semper est secundum essentiā suam: q̄uis semper non sit actu ſꝫ eē suorū singulariū. ¶ Ad secundam confirmationem patet ſꝫ omnes responsiones.

¶ Sed manifestum qm̄ ⁊ si eēt sentire triāgulū ꝙ duobus rectis equales haberet angulos: q̄reremus utiqꝫ demōstrationem: ⁊ nō sicut qdā fatentur sciremus. Necesse. n. quidem ē sentire singulariter. Sciētia aūt est in cognoscēdo uniuersale. Unde ⁊ si in luna essemus uideremus obiectam terram: nō utiqꝫ sciremus cām defectus. sentiremus. n. qm̄ deficeret nūc sed nō ꝓpter quid omnino. Nō eni esset uniuersalis sensus. Sed ex cōsideratōe multotiens accidente uniuersalem demōstrationez habemus. Ex singularibus eni pluribus uniuersale ē māifestuz.

¶ Quidā dicebāt intellectū ⁊ sensum idez esse. ⁊ per ꝯñs nullam eē cognitionē nisi sensitiuam. ⁊ sic ſm ipsos sciētia que in intellectu fundatur idem est quod sentire qđ fundatur in sensu. ¶ Ad hunc errorem remouendū dicit philosophus ꝙ quāuis visu cōprehēderemus triangulum habere tres angulos equales duobus rectis nō propter hoc sciam haberemus de illa passione. sicut quidam dicūt: sed adhuc cām ⁊ demōstratiōnē quereremus: quare triāgulus hꝫ tres. nā sentire solū cōtingit singulariter: sciētia autez fundatur in cognitōe vniuersalis tm̄. Itē si essemus in lūa: aut supra ipsam: ⁊ videremus lumen in ipsa deficere ꝓpter obiectum terre: tunc videremus lunam eclipsari. nō tamē ex hoc sciremus cām. ⁊ propter quid vniuersaliter. cognitio. n. sensus que est hic ⁊ nunc nō esset cognitio vlis. verū tamen ex frequenti cōsideratione facta super singulari ingrentes vl'e tandem sciam ⁊ demonstrationē habemus de vli ex pluribus. n. singularibus infertur ⁊ cognoscit vl'e.

¶ Uniuersale aūt honorabilius est qm̄ ostēdit cām: quare de hmōi uli sciētia honorabilior est sensibus: ⁊ cognitiōe quorūcunqꝫ causa est. sed de primis alia ratio est. Māifestum igitur fit ꝙ īpossibile est sentiēdo scire aliquid demōstratorum: nisi aliquis sentire hoc dicat sciētiam uere per demōstrationem.

¶ Aristo. intēdit istam cōclusionez. cognitio scientifica vlis honorabilior est ⁊ perfectior q̄ꝫ cognitio sensitiua. probaē. qꝛ vlis cognitio est de vli qđ cām rei ostendit. ⁊ vlterius ē honorabilior cognitione eorū quorū est causa. i. cognitione habita per effectū. ⁊ subdit ꝙ de primis principiis alia est ratio. Deinde cōcludit qđ manifestum est ꝙ impoſſe ē aliquid demōstratiue scire per sensum nisi aliquis equiuoce loquēdo diceret ꝙ habere sciam per demōstrationem sit sentire. ¶ Nota. ꝙ preter notitiam sensitiuam notitia intellectiua vt proposito spectat est triplex: quedā est primorū principiorū: qdam est notitia effectus habita per cām. alia est notitia rei que per effectum habetur. Notitia ergo effectus per cām cum hꝫ vliter ⁊ demōstratiue honorabilior est notitia sensitiua. vt ħ phs dicit. est etiaz honorabilior notitia rei habita ꝑ effectū aliis paribus. ⁊ hoc videē intelligere phs cum dicit. Et cognitione quorūcunqꝫ est cāūq̄ꝫ. Iis linconiēsis aliter istam particulam exponat. nō tm̄ vt cōiter dicitur: est honorabilior notitia principiorū: ⁊ hoc dicitur aristo. intēdere cū dicit. Sed de primis alia est ratio. nihil tamen videtur ꝙ ex illo textu nō habemus hoc concludere. sed de ista materia perfectionis. notitie principiorū ⁊ cōclusionis dixi in precedētibus.

¶ Sunt tamen quedam reducta ad sensuz propter defectus in propositis: quedam enim si nō uideremus non quereremus nō tanq̄ꝫ scientes in uidēdo. sed tāq̄ꝫ habētes uniuersale ex eo qđ uidemus: ut siuitrum perforatum uidemus ⁊ lumē pertrāsiens: māifestum utiqꝫ erit ⁊ ꝓpter quid: ⁊ propter id quod uidemus seorsum in utroqꝫ: intelligere autem simul est: qm̄ in omnibus sic est.

¶ Quāuis scia nō cōsistat in cognitiōe sensitiua. sunt tamē quedā in propositis problematibus que dubitamus ⁊ eorum dubitatio reducitur in defectu sensus. de quibusdam enim dubitationē habemus: de quibus nō dubitādo q̄reremus si cām possemus videre: nō quia scire illa sit videre sed qꝛ ex singulari qđ videē tandem vniuersaliter acquirimus de quo scientiā habemus. verbi gratia. si videremus vitrum perforatum ⁊ lumen trāsiens foramina vitri non dubitabimus quare vitrū trāsparet. quia tunc causa nobis eēt manifesta. verūtamen nō scimus qꝛ uideamus. cū illō uidere nō sit scire. per visum eni cōprehendimus in vnoquoqꝫ singulari seorsum ⁊ per se. per notitiā aūt scientificā simul oīa cōprehēdimus singularia. ⁊ ꝙ in oībus sic est. sicut in isto. ¶ Primū dubium circa exemplū phi. dato ꝙ vitrū nō esset porosum. adhuc lumē posset ꝑ visum multiplicari cū sit ꝑuiū ⁊ diaphanū. ē enim de natura aeris aut aque vel vtriusqꝫ. quare foramina illa non sunt necessaria cā trāsitus luminis per vitrū. sicut innuitur in textu. ¶ Secundū dubiū cōtra principalem cōclusionē. videē ꝙ de sensibilibus sit scia. quia de sole luna ⁊ stellis est sciētia tā astronomia q̄ꝫ naturalis. Item de pluuia. grādine. tonitruo. terremotu. ⁊ aliis īpressionibus metheurologicis est scientia naturalis. vt patet in li. metheo. que tamen omnia sunt sensibilia. item de singulari triāgulo demōstratur habere tres ⁊ omnis demōstratio scientiam generat. ergo ⁊c. minor ꝑ se patet. ⁊ maior colligitur de mente aristo. in ꝓhemio. ⁊ in principio tractatus de demōstratōe vniuersali ⁊ ꝑticulari. ¶ Ad primum in dicitur aristo. locutū esse causa exempli ſm opinionē antiquorū. dicebant enim quidam antiqui. vt habetur. 2. de anima ꝙ lumen est corpus. cū igitur querebatur ab eis. quare lumen pertransit vitrum respondebāt ꝙ hoc cōtingit. quia vitrū est valde porosum ⁊ per eiꝰ porositates lumen penetrat. verūtamen quia porositates ille sunt minutissime non percipiuntur a nobis per visum. sed si illas videre possemus nō dubitaremus quare lumen vitrum pertransit. Linconiēsis tñ excusans aristo. dicit ꝙ per porositatē vitri intelligit aristo. vacuitatem a terrestreitate tenebrosa. nā cū uitrū sit valde nature aquee ⁊ aeree parū participat de natura terrestri ⁊ opaca. ⁊ per cōsequēs valde redditur peruiū in transitu luminis per ipm. ¶ Ad 2m dicitur ꝙ luna sol ⁊ stelle sunt visu sensibiles de illis tamen ut singularia sensibilia sunt. non habeē scia proprie sumpta sed habeē de uniuersalibus ipsorum que sensu cōprehendi nō pñt. Idē ēt dicit ad cōfirmationē de pluuia grādine ⁊ siībus. ¶ Ad aliā cōfirmationē de triangulo particulari dicit. ꝙ sicut demōstratio particularis nō est ꝓprie demōstratio. sic de cōclusiōe ipius nō habeē scia ꝓprie de q̄ꝫ hic loqē. ¶ Sub aliis uerbis respōdent moderni ad dubiuz ꝙ si singularia sensibilia absolute cōsiderenē. sic de illis nō ē scia

quia illis sm huiusmodi non competit passio aliqua demonstrabilis. si vero relatiue considerentur sm applicationem sui ad sua vniuersalia sic de illis est scia: quia tunc aliqua passio de illis demonstratur ratione vniuersalis in quo conueniunt sicut. n. habere tres non demonstratur de triangulo particulari nisi prius demonstratum fuerit de triangulo: sic nō scit aliquis triangulum habere tres nisi prius sciatur triangulus absolute habere tres.

¶ Eadem autem esse principia omnium syllogismorum impossibile est. primum quidem logice speculantibus. hi quidem enim veri sunt syllogismi: alii autem falsi.

¶ Aristo. principaliter probare intendit quod nō eadē sunt principia omnium syllogismorum. et primo logice probat intentum. secundo per rationes magis proprias ibi. Si vero alter etc. Prima vero pars diuidit in tres sm quod tripliciter probat intentum. Secunda ibi. Postea neqz false. Tertia ibi. Neqz. n. omnium verorum etc. Item primo probat intentum, secundo quandam cauillationem excludit. ibi. Et si namqz etc. In prima igitur parte ponit ista conclusio. nō eadē sunt principia omnium syllogismorum nobis primo procedentibus per rones logicas. probat sic. quidam sunt sylli veri: quidam sunt sylli falsi. syllorum verorum principia sunt vera. et falsorum sunt falsa. sed principia vera et principia falsa nō sunt eadē. ergo etc. ¶ Notandū primo quod hec ratio cum duabus primis sequentibus ab Ari. dicitur logice. quia sunt communia quedā transcendentia speculationē huius libri. eo quod ratio. n. sylli veri aut falsi. et qualiter ex veris non sequitur nisi verum. et conclusio falsa nō sequitur nisi ex falso magis pertinent ad librum priorum. ¶ Notandū secūdo quod per syllm verum phs intelligit syllm concludentem cōclusionē verā: et per syllm falsum concludentem falsam: et dicunt quidam quod tunc dicitur materialiter verus aut falsus: formaliter vero verus. aut syllus dicitur sm quod debite vel indebite in modo et in figura fuerit regulatus.

¶ Et si namqz sit verum ex falsis syllogizare. sed semel hoc fit: aut si. a. de. c. verum sit mediuz autem. b. falsum: neqz. n. a. in. b. est neqz. b. in. c. sed si harum media accipiuntur propositionum falsa erunt. eo quod omnis conclusio falsa ex falsis est: vera autem ex veris: altere autem sunt vere et false.

¶ Posset aliquis dicere: quod et syllogismorum verorum sunt principia falsa: quoniam contingit ex falsis syllogizare verum. vt patet in logica. Hoc remouet philosophus dicens: quod quamuis contingit verum ex falsis syllogizare. hoc tamen contingit vna vice tantum. nam si premisse false huius syllogismi postea probentur nō syllogizari conuenienter poterunt nisi per premissas veras. verbi gratia. si fiat hic syllogismus omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. et cōclusio sit vera et premisse false. tunc ambe premisse syllogizari nō poterunt ex falsis: quoniam conclusio falsa nō cōcluditur nisi ex falsis. vera autem ex solis veris cōcludi potest: sed altere sunt premisse vere: et altere sunt premisse false. quare sequitur cōclusio principaliter intenta. ¶ Dubitatur quia non solum semel sed etiam pluries contingit verum ex falsis cōcludere. verbi gratia: omnis lapis est animal. omnis homo est lapis. ergo omnis homo est animal. et iterū arguendo sic. ois nigredo est color. omnis albedo est nigredo. ergo omnis albedo est color. ¶ Confirmatur magis ad mentem aristo. contingit verum syllogizari ex premissis. quarum altera sit vera et altera falsa: sicut patet in secundo syllogismo premisso: et si tunc voluero probare vtranqz: potero ex falsis illas syllogizare. et sic non semel tantum syllogizabitur verum ex falsis. ¶ Confirmatur secundo. quia stat premissas immediate esse falsas. et non esse vlterius probabiles: quare fundamentum Aristo. nullum. assumptum patet. in hoc syllogismo: ois quantitas est qualitas. ois substantia est quantitas. ergo ois substantia est qualitas. ¶ Secūdo dubitatur. principaliter contra primam rōnem. Aristo. supponit enim quod falsorum principia sunt falsa. sed hoc non videtur verum. quia propositio falsa potest ex duabus syllogizari: quarum altera est vera et altera est falsa. ¶ Ad primum. concedatur illud quod probat argumentū: sed hoc non est contra intentionez Aristo. qui loquitur de syllogismis se per ordinez habentibus: ita vt premisse vnius per alterum probentur et sic vltra per ordinem. ¶ Ad primam confirmationem dicitur quod argumentum probat verū. sed Aristo. in eius ratione supponit premissas esse similes et vniformes. sic vt vel vtraque sit vera vel vtraqz falsa. et hoc supponit aristo. tanquam suppositum ab aduersario. nam si premisse sint difformes tunc magis habebitur intentum. premissa enim vera et premissa falsa nō sunt eadem principia sed distincta. quare non omnium syllogismorum eadem sunt principia. ¶ Ad secundam cōfirmationem conceditur quod stat premissas falsas non vlterius esse probabiles: sed sufficit ad intentū aristo. quod si vlterius istas syllogizari tantum semel contingeret. verum ex falsis syllogistice concluderetur. ¶ Ad secundum dubiū dicitur quod cum ambe premisse simul sumpte sint vna copulatiua: aristo. istas accipit pro vno principio: et sic licet vna illarum esset vera et altera falsa. tunc tota copulatiua esset falsa. et per cōsequens conclusio falsa probaretur ex principio falso.

¶ Postea neqz false ex eisdem sunt. Est. n. falsas adinuicez et contrarias et impossibiles simul esse: vt iustitiam esse iniustitiaz aut timorem: aut hominem equū aut bouem: aut equale maius aut minus. expositis autem sic est.

¶ Secundo arguitur sic. non eadem sunt principia omnium syllogismorum falsorum. ergo conclusio vera. patet consequentia. et assumptum probatur: quia multe sunt cōclusiones false inuicem cōtrarie. et non inuicē cōpossibiles. sic ista duo. iustitia est iniustitia: et iustitia est timor. et hō est equus. et homo est bos: equale alteri est illo maius: et equale alteri est illo minus. que non sequuntur nisi ex principiis contrariis et incōpossibilibus. et ideo dicit expositis autē sic est. i. sicut conclusiones sunt incompossibiles sic contingit illas expositis premissis cōtrariis et incompossibilibus inferre. sed principia incōpossibilia non sunt eadē. quare etc.

¶ Neqz enim omnium verū principia sūt eadē. altera enim multorum genere principia sunt; neqz cōueniunt ut unitates punctis nō cōueniūt. Hec quidē enim nō habent positionē. illa autez habent.

¶ Tertio arguitur sic. non omnium syllogismorum verorum eadem sunt principia. ergo etc. assumptum probatur multipliciter. primo sic. diuersorum sm genus altera sunt principia. vnitates enim que sunt principia numerorū altere sūt a punctis: que sunt principia magnitudinum. quia puncta habent positionem in continuo: vnitates vero non. ergo etc. ¶ Dubitatur hic cōmuniter. nam videtur quod punctus nō solum est principium quātitatis continue. sed etiā numeri quia punctus est principium continui. continuum autez est principium vnitatis cum sit in ipsius: et per sui diuisionem ē principium numeri cum numerus cāet ex diuisiōe cōtinui. quare a primo ad vltimū est principiū numeri. ¶ Ad hoc respondent moderni cōcedendo quod punctus est principiū extrinsecum numerorum: et nō intrinsecū. et per cōns est principium per accns. et nō per se. sic. n. cōcedi potest quod est principium tēporis et motus. eo quod est principium cōtinui. et magnitudo continua est vtriusqz illorum principium Aristo. autem hic loquitur de principiis rerum intrinsecis et per se. ¶ Potest etiam aliter et multis modis rñderi sicut in precedentibus visum fuit.

¶ Necesse est autem in media cōuenire: aut in sursum aut in deorsum aut interius habere hos illos autem exterius terminorum.

¶ Secundo arguitur sic. si principia omnium verorum syllogismorum adinuicem conuenirent etiam tūc oporteret quod conuenirent in medio. ut. s. mediū assumeretur eis eōe

ꝙ esset nihil inter maiorem ꝛ minorem extremitatem vel externus. ꝛ si primo modo: hoc dupliciter cōtingere posset scilz ascendere medio versus maiorem extremitatem: vel descendente versus minorē: si secundo modo: hoc iterū dupliciter esse potest: scilicet vel assumendo mediū supra maiorē extremitatē: vel assumendo infra minorem. ꝛ sup/ple omnia de quibus syllogismi fiunt: aut demōstrationes taliter ordinari possunt. ergo non omniū syllorū verorū eadem sunt principia. Notandum pro intellectu littere: ꝙ facto tali syllogismo. omne animal est corpus. omnis hō ē animal. ergo omnis homo est corpus. maior cū sit medi|ata posset dupliciter ꝓbari. vno modo per mediū inter corpus ꝛ hoiē. Alio modo per mediū extrinsecū ab vtroqꝫ. si prīo modo aut illud mediū erit appropinquādo corpori. ꝛ tunc fiet ascendendo: aut appropinquādo homini. ꝛ tūc fiet descēdendo. si scdo mō aut mediū assumitur supra corpus: aut infra hoiē. ꝛ hoc ē qd philosophus in breuibus intēdit: cū ergo non oīa de quibus intendūt seu fiūt sylli veri sint huiusmodi: sequitur intentum. Hoc idē exēplificari potest de passionibus eiusdē subiecti se per ordinē habentibus. vt si ab eodem subiecto fluant. a. b. c. d. passiones poterit mediū assumi intra vel extra. ꝛ sic cōsequēter vt prius. Hec ratio verificatur de syllis affirmatiuis veris. in qbus cōcluditur propositio ꝑ se in primo aut scdo modo.

Sed neqꝫ communium principiorum possunt esse aliqua ex quibus omnia demonstrabūtur: Dico autem communia. vt omne aut affirmare aut negare. genera enim eorum que sunt altera sunt ꝛ alia quidem in quantitatibus: alia vero in qualitatibus sunt solum de quibus demonstratur per communia.

Tertio arguit sic. si eadem essent oīum syllogismorū verorum principia maxime viderentur principia cōmunia: sicut omne ens cōtingit affirmare vel negare ꝛc. sed qd hoc sit falsum arguit. qr ad demonstrādum aliquid vel syllogizandum nō sufficiūt principia cōia: sed requirunt ꝓpria. principia vō ꝓpria sunt diuersa sm ꝙ ēt genera ꝑdicamentorū sunt distincta sm enim ꝙ quātitas ꝛ qualitas sunt genera distincta. sic principia ꝗtitatū ꝛ qualitatum distinguuntur. ex quibus simul cū principiis cōmunibus fiunt demōstrationes. quare ꝛc. Linconiēsis tamē aliter exponit ꝙ genera sunt distincta. nā principia cōmunia cū in demonstrationem venient restringētur sm naturam rerū demonstrabilium: ꝛ sic nō erunt simpliciter eadē principia cōmunia omnium demōstrationū verarū. Notandū vt cōmuniter moderni dicunt ꝙ principia predicamenti sube sunt vt materia ꝛ forma. pria principia ꝗtitatis sunt pūctus ꝛ vnitas. principia ꝗtitatis sunt angulus ꝛ triangulus. Sed dubitatur. quare principia substantie sunt substantie principia tamen predicamēti ꝗtitatis nō sunt ꝗtitates neqꝫ principia predicamenti qualitatis sunt qualitates. Respōdent ꝙ suba est duplex. ꝗdam. n. ē suba analoga. ꝛ ista de deo ꝑdicat ꝛ mā prima: ꝛ de oibus subiis que sunt per se in ꝑdicamēto ꝗdā vniuoca ꝛ ista solū ꝑdicat de suba ꝑdicamētali ꝯposita ex actu ꝛ potētia: ꝛ nō predicat de deo cū sit actus purus neqꝫ de materia prima cū sit potētia pura. ꝛ sic secūdo mō accipiendo substātiam: neqꝫ deus neqꝫ materia prima est substātia. quare patet ad dubium solutio.

Amplius principia non multū minora sunt conclusionibus principia quidem. n. propositiones. propositiones autem assumpti termini aut immissi sunt.


Quarto arguitur sic. principia syllogismorum non sunt multo pauciora cōclusionibus. sed nō sunt eedem cōclusiones omniū syllogismorum verorum. ergo nō eadē sunt ipsarum principia. minor est nota. maior declaratur. principia enim sunt ꝓpositiones. i. premisse syllogismi. ꝓpositiones autē sunt assumpti termini vel interius missi. ergo ꝛc.

Notula pro intellectu littere: si plura sm ordinem accipiuntur. vt homo: animal corpus: animatum corpus: ꝛ substantia. ꝙ media in tali ordinatione sunt tria. vz. animal. corpus animatum. ꝛ corpus. ꝓpositiones vero que sic sunt simil se: ꝙ non sunt cōclusiones sunt quattuor. vz. homo est animal. animal est corpus animatum. corpus animatū est corpus. ꝛ corpus est substātia. Conclusiōes vero que inter tales terminos formari possunt. sunt sex. vz. homo ē corpus animatū. homo est corpus. homo est substantia. animal ē corpus. animal est substantia. ꝛ corpus animatū est substantia. ꝛ sic principia nō sunt multo pauciora cōclusiōibus. ibi enim principia intelligimus premissas indemōstrabiles. ille autem premisse construunt ex terminis aut extra: assumptus. s. supra maiorem extremitatem: aut infra minorē: aut ex terminis in medio positis īter vtrūqꝫ. ꝛ hoc est qd philosophus intendit: cum dicit. principia enim propositiones sunt. ꝛ hec est expositio linco. lz quidam alij posteriorum habeant modum declarandi: quē minus puto ad mentem aristo. ꝛ forte minus verum. Sed ɔtra. cuilibet cōclusionis due premisse sunt. ergo in triangulo plures sūt ꝓmisse cōclusionibus. ꝛ per cōsequēs in duplo plura principia cuius oppositū dicit in textu. Ad hoc respōdet negando scdam cōsequentiā. non enim quelibet premissa est principiū: sed solum indemōstrabilis: vt Arist. hic intēdit. ꝛ licet concederetur ꝗlibet premissam eē principium. tñ si sit demōstrabilis etiam erit cōclusio. ꝛ ideo ex parte ipsi erit paritas. quare ponderande erunt premisse. ꝙ non sunt ꝯclusiones cū conclusionibus. que non sunt premisse. ꝛ eidem habetur plures esse conclusiones. sed non multo plures vt prius dicebatur.

Adhuc conclusiones infinite sunt: termini autem finiti.

Quinto arguitur. cōclusiones verorū syllogismorum sunt infinite. termini autem supple cōmunes in quibus scientie omnes cōueniunt sunt finiti ꝛ valde pauci. ergo termini illi sine principia super illis terminis fundata nō sufficiunt ad aliquid demōstrandū. ꝛ per cōsequēs alia requirūtur principia particularia. cū ergo cōclōnes sunt infinite. prīcipia particularia erunt infinita. ꝛ per cōsequēs nō eadē sunt principia omnium syllogismorū verorūz. maior principaliter se patet inspicienti ꝓcessus scientiarum. minor etiam patet termini cōmunes omnibus scientijs sunt sicut ens. actus ꝛ potentia: ꝛ similes. qui sunt valde pauci. Alij sic litteram introducunt. cōclusiones sunt infinite nō obstante. ꝙ termini de se inuicem predicantes sunt finiti. nam ex finitis terminis multotiens combinatis infinite fieri possunt combinationes. ꝛ ꝑ cōsequens infinite cōclusiones. tam loquendo de predicationibus per accidens ꝗ̄ ꝑ se. cum igitur principia nō sint multo pauciora cōclusiōibus. sequitur principia eē infinita. ꝛ sic habetur intentū. Dubitatur. si cōclusiōes fuerint infinite. sicut Aristo. hic dicit. tunc in predicatis ꝑ se eēt in infinitum ꝓcedere. quod est cōtra superius determinata. ꝛ sic videt apparens cōtradictio inter textus phi. Ad hoc varie dari solent responsiones. Prima dicit ꝙ nō fuit intentio aristo. conclusiones actu esse infinitas. sed ꝙ sunt in tanto seu tam copioso numero. vt a nobis eorū numerus comprehendi non possit. ꝛ hoc non repugnat determinatis superius. hanc puto ad mentē Aristo. ꝗuis nō sit negandū cōclusiones aliquo modo posse in infinitum abire. Secunda responsio dicit. ꝙ Aristo. hic loquitur de conclusionibus veris seu per accidens seu per se. arguit enim ꝙ nō eadem sunt principia omnium syllogismorum verorū indifferenter. in precedentibus autem probauit in ꝑdicatis per se nō esse processum in infinitum. ꝛ sic tollitur apparens contradictio. hec tamen responsio non videtur bene ꝯsona intellectui Aristo. illo capitulo. de statu predicatorū. vbi concludit. ꝙ sicut in predicatis per se non abit in infinitum in sursum vel deorsum. sic etiam nec in predicatis per accidens. Tertia responsio dicit. ꝙ sicut ꝗuis littere sint finite. ipse tamen infinitis modis adinuicem casualiter combinari possunt vt fiant dictiones infinite. sic etiam lz termi-

uz predicatini de quibus loquitur Aristo. loco allegato sint
finita: totiēs tñ & tam varijs modis cōbinari possunt: vt hāt
conclusiōes infinite. hec respōsio videt̄ repugnare dictis
Aristo capi. allegato. vbi dicit q̄ si genera sunt finita & spēs
eoꝝ finite. & si termini sunt finiti. combinationes ex eis fa
cte vel aliquibus eorum necessario sunt finite: q̄uis plures
sint combinationes q̄ termini. Item nō est omnino simile
de combinationibus litterarum: & combinationibus termi
norum. eadem enim litera secūda vice addita variat dictio
nem. idem tamen predicatum bis sumptuz non variat pre
dicationem. pro eodē enim habentur ille predicationes: ho
mo est albū musicū. & hō est albū musicū albū. ❡ Quar/
ta responsio. absolute cōcedit̄ conclusiones esse infinitas: vl̄
saltem nō repugnat siue per se siue per accidēs. infinite enī
sunt vel esse possunt spēs numeroꝝ & figurarum: cuilibet
aūt spēi nūeri vel figure sua ꝓprietas correspōdet de ipsa
predicabilis: & de eadē demōstrabilis. sicut triangulo inest
habere tres: & quadrato habere latera opposita equalia: &
angulos equales & sic de alijs. sed hoc nō obstante cum
aliqua illarum conclusionū reducitur ad principia sua: non
abitur in infinitū. l3 enim infinite sint figurarum spēs. & se/
quens ordinē nature a p̄cedēti depēdeat & sic in infinitū. qū
tamen illa passio de aliqua illarum demōstratur non oz vt
ad immediata resoluendo per precedētes figuras declare
tur. verbi gratia de
exagono dēmōstra/
tur: q̄ si in circulo
collocat᷒ fuerit vnū
eius latus est medi
etas diametri cir//
culi. l3 ergo exago
nus ordine nature
figuras p̄cedentes
p̄supponat. vz. triā
gulūz quadratum
& pentagonum. si
tamen ista demon/
stratō ad immedia
ta resoluatur: nō oz
de aliqua figurarū



precedētiū facere mētionē. quare ɔcludit̄. q̄ l3 eēnt infinite
ɔclōnes. vt ari. hic dicit: sic̄ et sunt īfinite nūeroꝝ aut figura
rū spēs & passiōes. nō tñ demōstrabilia ad imediata princi
pia redsccēdo ꝓcedit̄ in infinitū: sic̄ ari. intēdit loco allegato.
& sic tollit̄ cōtradictio textuū Aristo.

❡ Amplius principia hec quidē ex necessitate.
illa autē cōtingentia sunt. Si igit̄ in intētione ha
bitis impossibile est eadē eē. Necesse ē ergo eē
alia aut finita: aut cum infinite sint conclusiōes.

❡ Ultimo arguitur sic. quedā principia syllogismorū vero
rum sunt necessaria: quedā vero cōtingētia. sed ista nō p̄nt
eē eadē. vt patet. ergo &c̄. maior primo prioꝝ. cōcluditur
ergo intētione habitis. i. fm rōnes premissas: q̄ nō eadez
sunt principia oīum syllogismorum. cū principia oīa sint fi/
nita: et si cōclusiones sint infinite.

❡ Si vero aliter quodāmodo dicat aliquis q̄
he qdē geometrie: alie vero syllogꝫ: alie vero me
dicine. qd utiq3 erit aliud qd̄ dicit̄ nisi q̄ sūt pri
cipia sciarū: sed eadē dicere derisio ē: qm̄ eadez
iisdem eadē eēnt. oīa nāq3 sic erunt eadez.

❡ Nunc per rōnes proprias probat principalē cōclusionē
& adducit tres rationes que potius videntur rōnes q̄dā
remotiue fundamētorū dicentiū oppositū. primo igit̄ dicit:
si forte aliquis dicat q̄ alie sunt conclōnes geometrice alie
syllogismorū. i. dialectice. & alie medicine. hoc nihil aliud ē
dicere: nisi q̄ oēs iste scientie habent principia diuersa. q: si
dicat̄ principia istaꝝ scientiarū eē eadē. ergo ɔclōnes erunt
eadē inter se. p3 cōsequētia. q: quecūq3 sunt eadē vni tertio
inter se sunt eadē sed principia q̄ cōcludantur ex suis princi

pijs aliquo mō identificātur cū illis. ergo &c̄. Quidā expo
sitores: & quasi omnes exponēdo textum dicunt sic. si forte
aliquis dicat: q̄ aliqua sint principia geometrie: alia dialeti
ce &c̄. que expositio grammatice non consonat. & ideo pri/
mo modo lineo. exponit.

❡ At vero neq3 q̄ est ex oībus demonstrare
quodlibet boꝝ: hoc. n. ē querere oīum eadē eē
principia. Multū. n. insipiēs est. Neq3. n. ī ma
nifestis hoc fit doctrinis: neq3 ī rsolurōe possibi
le ē. Immediate. n. propōnes principia sūt: alte
ra aūt ɔclusio fit accepta ꝓpositiōe immediata.

❡ 2o argūt̄. si eadē essent prin' &c̄. tūc ex eisdez principijs
demōstrarent̄ oīa principiata. p3 ɔña de se. & tamen ɔñs
videtur absurdum & stultū. nō enim possibile est hoc fieri
in doctrinis manifestis. neq3 in resolutorijs. nam principia
demōstratiua sunt propositiōes immediate. altera vera exi
stente ɔclusione altera ē propositio imediata ex qua demō
stratur. ❡ Nota q̄ per doctrinas manifestas fm aliquos
Aristo. intelligit doctrinas ex quibusdā sensibilibus proce/
dentes per se notis ad sensum aut experientiā. per resolu/
torias autem doctrinas resoluentes effectus in causas suas.
Scdm alios vero per doctrinas manifestas intelligit do/
ctrinas imediate ex ꝑ se notis procedentes. sicut cū demon
stratur prīa propositio geometrie. per resolutorias vō eas
que p̄missas assumūt nō ꝑ se notas. sed per resolutionē ad
per se notas reducibiles. sicut quādo demōstrat̄ triāgulūz
habere tres: aut alia hmōi. qualitercūq3 aūt intelligat̄ certū
est q̄ neq3 in doctrinis māifestis neq3 in resolutorijs cōtin
git vt ex eisdē principijs omnia demonstrent̄ principiata.

❡ Si aūt dicat aliquis primas propōnes ime
diata eē principia: vnū in vnoquoq3 genere est.

❡ Remouet cauillationē. si forte aliq̄s diceret propositōes
primas imediatas esse principia demonstrationū & per cō
sequēs eadē sunt principia oīum. hoc nō sufficit. q: preter
principia cōia que dīr ꝓpōnes imediate. prīe in vnoquo/
q3 gñe. vnū requiritur prin^m propriū illius gñis. talia vero
principia ꝓpria non sunt eadez in oībus. quare &c̄. ❡ Nō
q̄ propositiones imediate sunt duplices quedā prime: &
quedā posteriores. Exemplū primi. sicut de quolibet dici
tur eē vel nō esse que imediate super ente fundat̄. que cum
q3 sunt eadē vni tertio sunt eadē inter se: que fundātur sup
passione entis. & omne totum est maius sua parte. que im
mediate reducunt super toto & parte. & tales principia q̄/
dam cōia & remota dici solent. unco. tamen per primas &
immediatas intelligit propositōes cōpositas ex primo subie/
cto scientie & prima eius passione. sicut exemplificat de istis
nūerus est collectio vnitatū. & numerus est augmētabilis
in infinitū: q̄ sunt prīme in arithmetica. Exemplūz secūdi.
sicut triangulus est figura. & hō est aīal rōnale. & ista princi
pia ꝑticularia & propinqua appellant̄. nō negaret igit̄ ꝑhs
hanc propositionē. eadem sunt principia oīum cōclusionū.
qm̄ cū sit indefinita verificari pōt de principijs cōībus & re
motis. sed intēdit q̄ ꝓpōnes imediate prīe nō sufficiant in
demōstrando cōclōnes cū sint principia remota demōstra
tiones virtualiter ingrediētes. s3 vltra eas particularia p̄n/
cipia requiruntur. & propinqua formam demonstrationis
ingredientia que non sunt eadem in omnibus conclusioni/
bus demonstrādis vt patet.

❡ Si vero neq3 ex oībus ut opus est demon/
strari quodlibet neq3 sic ex altera quare erunt
uniuscuiusq3 scientie altera. Relinquitur igitur
si proxima sint principia omniū: sed ex his qui
dem hec: ex illis autē illa.

❡ Ex dictis concludit intentū dicēs. si vero nō ex quolibet
demōstrat̄ quodlibet: eo modo quo est opus aliquid de/
mōstrari. sequitur a simili q̄ nec ex principio alterius ge/
neris demōstratur conclusio altera. q̄re vniuscuiusq3 scien
tie sunt altera principia. i. diuersarum scientiarum diuersa

sunt principia. relinquitur ergo si propria sunt principia quibus conclusiones demonstrantur non omnium esse principia eadē sed ex his hec demonstrantur: ex illis aūt illa.

¶ Manifestū aūt ⁊ hoc est qm̄ nō cōtingit. mōstratū est enī q̄ altera principia gñe sunt differētiū gñe. Principia enī duplicia sunt: ex qb⁹: ⁊ circa q̄. ex qbus qdē igit̄ cōia sunt. Que autē sunt circa q̄. ꝑpria sunt: vt nūerus ⁊ magnitudo.

¶ 3° arguitur sic. diuersorū generū diuersa sunt principia. sed diuerse sciētie de diuersis generibus cōsiderāt ergo diuersarū scientiarū distincta sunt principia. deinde distinguit q̄ duplicia sunt principia. quedā enī sunt ex quibus aliquid demōstrat̄. ⁊ sunt principia cōia quedā vero circa que est ꝯsideratio scientie: ⁊ illa sunt principia ꝑpria: sicut numerus ⁊ magnitudo: ꝑpria sūt pñcipia arithmetice ⁊ geometrie quasi velit philosophus concludere: q̄ principia cōia non sufficiunt in demōstratione rei. sed vlterius oꝫ ipsa principijs particularibus applicari. cum igitur illa sint in diuersis generibus aut diuersis scientijs distincta. sequitur nō eadē omnia principia syllogismorū eē. ¶ Nota q̄ per pñcipia cōia cōiter expositores itelligunt cōia pluribus scientijs: sicut de quolibet dicitur esse vel nō eē. omne totū ē maius sua parte ⁊ similia. per propria vero pñcipia cōplexa pticularia. sicut de puncto ad punctum rectā lineā ducere contingit. ⁊ similes. Linco. vō per cōia principia intelligit complexa prima in aliqua scientia quecūqꝫ sint ista. iō dicit philosophus. ex quibus demonstrat̄ ⁊c. per principia vō propria intelligit subiecta scientiarum incōplexa ⁊ eorū primas passiones. ⁊ illa sunt circa que scientia ꝯsiderat: vt dicit philosophus. ⁊ iō Aristo. exemplificat de magnitudie ⁊ nūero tanq̄ de principijs incomplexis arithmetice ⁊ geometrie. ⁊ sic est finis huius partis.

Scibile aūt ⁊ sciā differūt ab opiābili ⁊ opiniōe: qm̄ sciā vlīs ⁊ ꝑ necessaria est. Necessariū aūt nō cōtingit alr̄ se hr̄e. Maīfestū igit̄ est q̄ ciīca hoc sciā nō ē. Esset enī īpossibilia utiqꝫ alr̄ se habere possibilia al'r se habere.

¶ Postq̄ philosophus in precedentibus cōparauit scientias īter se: ꝯsequēter cōparat scientiā alijs habitibus: ⁊ primo comparat ipsam opinioni. 2° vero alijs habitibus intellectiuis ibi. Reliqua vero ⁊c. In primo facit qd̄ dictū est. scdō remouet dubitationem ibi. Qualiter igitur est idē ⁊c. Prīa diuidit̄ in tres. quia primo ponit cōclusionē. 2° ostendit circa que versatur opinio: vt cōsequenter declararetur intentum. 2ª ibi. Quoniam scientia ⁊c. 3ª ibi. Sunt autem vera. Proponit igitur prīo istā conclusionē. Sciētia differt ab opinione. ⁊ scibile quod est obiectum scientie differt ab opinabili quod est obiectū opinionis. Quoniā scientia ⁊c. Dicit q̄ scientia est rei vniuersalis. ⁊ per necessaria ꝑcedit dicit̄ aūt necessariū: qd̄ nō cōtingit aliter se habere.

¶ At uero neqꝫ ītellect⁹. dico aūt ītellectū pñcipiū scie: neqꝫ sciētia est īdemōstrabilis: hec aūt est acceptio immediate propositionis. Verus enim est intellectus ⁊ scientia ⁊ opinio ⁊ qd̄ per hoc dicit̄. Quare relinquit̄ opinionē eē circa uerū aut quidē falsum: sed cōtingēs ē aliter se hr̄e. Hec autē est acceptio īmediate ꝑpositionis ⁊ nō necessarie. Et certū est sic apparentib⁹. opinio enī incertū est ut natura huiusmodi est. Ad hec autē nullus opinat̄ probare cū opinet̄ īpossibile esse aliter se hr̄e sed scire. Sed aliqn̄ qdeꝫ esse sic. sed tn̄ aliter nihil, ꝓhibet tunc ꝓbare tanq̄ huiusmōi opinionē quidē eē sꝫ necessariū scientia

Qualiter ergo est idē opinari ⁊ scire quare non erit opinio scia. Si aliquis posuerit eē aut nihil contingere opinari. Cōsequenter enī hic qdē sciens. ille uero opinās per media quousqꝫ ad immediata ueniat. Quare si qdē ille sciuit ⁊ opināt̄ sciuit. Sicut enī ⁊ qa est opinari ⁊ ꝑꝑ qd autem mediū est. Aut si quidē sic arbitrat̄ nō cōtingentia aliter se hr̄e: sicut ⁊ hr̄t diffinitiōes per quas sunt demōstratōes nō opinabit̄ sed sciet. Si aūt uera quidē eē non tn̄ hoc ipsis inesse scdm substantiā sed scdꝫ speciē opinabit̄ ⁊ nō sciet uere. Et qa ⁊ ꝑpter qd si quidē ꝑ īmediata opinabit̄ si nō per īmediata solū ipm qa opinabit̄. Eiusdem aūt opinio ⁊ sciētia nō penitus est: sed sicut falsa opinio ⁊ uera eiusdem quodāmō est. sic ⁊ scia ⁊ opinio eiusdē. Et enim opinionē ⁊ uerā ⁊ falsam sicut dicūt qdem eiusdem inēē incōueniētia accidit appetere alia q̄ ⁊ non opinari q̄ opiatur falso. Qm̄ autem multipliciter idem dicitur est sicut cōtingit. Est autem sicut nō cōmensuratuū enī eē diametrū uere opinari incōueniēs ē. sed qꝛ diametros circa quam sunt opiniōes idē sic eiusdē est: sed quod aliqd erat esse unicuiqꝫ secunduꝫ rōnē nō idē ē. Similiter aūt ⁊ scientia ⁊ opinio eiusdē est. hoc quidem enim sic animalis est q̄ non est contingere non esse aīal. sꝫ illa quidem q̄ est cōtingere: ut si hoc quidē q̄ uere hominis est: illa uero hōis quidem non aūt ueri hominis. idē. n. est quia homo hoc aūt non sicut idem. Manifestū aūt ex his ē q̄ neqꝫ opinari simul idē ⁊ scire ꝯtingit. Sit. n. utiqꝫ hr̄e opinionē alr̄ hr̄ndi ⁊ nō alr̄ habēdi idem eē q̄ uere nō contingit. In alio qdē. n. unūqdqꝫ eē ꝯtīgit eiusdē sicut dictū ē: sꝫ ī eodē nihil sic pt eē: hr̄et enī opinionē sil̄: ut q̄ hō eēt ⁊ q̄ uere ē aīal. hoc eī erat nō cōtingere nō eē aīal. hoc enī sic ꝯtingit sic cōtīgere. Reliqua aūt quomodo oportet distribuere in rationē ⁊ in intellectū ⁊ scientiaꝫ ⁊ artem ⁊ prudentiam ⁊ sapientiā. hec quidē. n. physice. illa vero ethice speculatōis sūt magis. Solertia autē est subtilitas quedā in nō ꝓspecto tēpore medii: ut si aliquis uidens q̄ splēdorem semꝑ habet luna a sole statiꝫ intelligit ꝑpter quid hoc sit: quia ꝑpter id qd̄ illustratur a sole: aut disputantem cum diuite: cognouit quoniaꝫ accōmodatum est: aut propter id qd' quideꝫ amici sunt qꝛ inimici eiusdē sūt. Omnis enī causas medias uidens cognouit ⁊ ultīas. splendidū eē ad soleꝫ sit in quo. a. lucere a sole. b. luna. c. inest aūt huic qdē. c. qd̄ ipsi inest. b. qd̄ est. lucere a sole. ipi aūt b. a. qd̄ ē ad hoc eē splēdidū a quo splēdor. quare ⁊ ipsi. c. a. per. b.

¶ Finis primi libri posteriorum.

¶ Acutissimi doctoris Apollinaris Cremonensis questiones super primum librum posteriorum analeticorum Arist. cum dei auxilio incipiunt.

¶ Alia namque quia sunt prius opinari necesse est. alia vero quid est quod dicitur intelligere oportet. quedam autem vtraque et cetera. Questio .i.

Primo queritur. vtrum demonstratio sit subiectum li. poste. ¶ Ad partem mediam ar. primo sic de demonstratione non habetur scientia. igitur et cetera. tenet consequentia. quia scientia in aliquo li. tradita principaliter est scientia subiecti et partium suarum. ans ar. sic. quelibet scientia acquiritur per demonstrationem. si igitur de demonstratione esset scientia. tunc de demonstratione esset demonstratio. et pari ratione de alia demonstratione alia fieret demonstratio. quare in demonstrationibus esset processus in infinitum. quod videtur impossibile. ¶ Secundo arg. sic de subiecto scientie presupponitur quid est. sed demonstratione hic non presupponitur quid est. igitur et cetera. maior est ari. in prohemio libri poste. minor patet. cum arist. duas demonstrationis inquirat diffinitiones primo huius. circa principium tractatus. ¶ Tertio si demonstratio esset subiectum tunc de ipsa presupponeretur quia est. per ari. in prohemio huius li. quod consequens sit falsum ar. quia non posset presupponi demonstrationem esse nisi supponeretur scire esse vel saltem esse posse. sed hoc non supponitur ab Arist. in isto li. immo probatur ab eodem vt patet in prohemio. igitur et cetera. ¶ Quarto omne subiectum scientie oportet esse vnum vnitate specifica vel generica. si non sit transcendens. demonstratio non est huiusmodi. igitur et cetera. maior videtur esse ari. circa finem primi huius. minor probatur. demonstratio cum sit syllogismus non est vnum ens vere. sed est vnum quoddam per aggregationem. talibus autem aggregatis nulla vna species aut vnum genus correspondet. igitur et cetera. tenet consequentia cum minori. maior patet siue accipiatur demonstratio in conceptu siue in voce siue in scripto. ¶ Confirmatur. nam demonstratio mentalis est aggregatum ex conceptibus. vocalis ex vocibus. scripta vero est substantia vel ex substantiis aggregatum. sed nulla species neque genus qualitati et substantie correspondet vt patet. igitur demonstratio non potest esse genus nec species ad omnes demonstrationes. quare et cetera. ¶ Quinto subiecti scientie aliqua debet esse proprietates que de ipso demonstrantur. sed demonstrationis nulle sunt passiones. igitur et cetera. maior est ari. circa finem primi huius. minor patet cum demonstratio non sit vere species nec genus. ¶ Sexto in isto li. non minus docet ari. artem diffiniendi quam demonstrandi. ergo non magis diffinitio est subiectum quam demonstratio. assumptum patet .a. poste. ¶ Septimo liber iste communiter intitulatur liber poste. analeticorum. i. resolutiuorum. quare resolutio siue modus resoluendi potius debet huius libri esse subiectum.

In oppositum videtur communis sententia auctorum. presertim linconiensis in principio expositionis huius li. cum inquit intentio Arist. in hoc li. est inuestigare et manifestare essentialia demonstrationis. quapropter in scientia tradita in isto li. est demonstratio genus subiectum. ¶ In ista questione erunt .3. articuli. primo ponentur quedam priambula. secundo conclusiones. tertio tractabitur materia primi arg. principalis.

Quantum ad primum sciendum primo quod licet subiectum multis modis accipi possit. scilicet pro subiecto inhesionis. predicationis. et attributionis. hic fit mentio de subiecto scie. tertio modo. et non primo. nec secundo modo. Dicitur autem subiectum attributionis alicuius scientie quod principalius in scientia illa consideratur. et cuius partes et passiones ipsius. et de quibuscunque in illa scientia est per se consideratio considerantur per attributionem ad ipsum: qualiter corpus mobile subiectum dicimus naturalis philosophie. et magnitudinem siue lineam subiectum geometrie. huic autem subiecto competunt conditiones que ab Arist. ponuntur circa finem primi huius. de quibus deo dante videbitur. ¶ Secunda distinctio. iste terminus scientia in proposito dupliciter accipi potest. vno modo pro habitu vno scientifico tantum. sicut habitum per quem scientia triangulum habere tres scientiam appellamus. secundo modo pro aggregato ex scientificis habitibus debitum habentibus ordinem et connexionem inter se cum debita habitudine eorum ad aliquod vnum primo consideratum. qualiter doctrinam traditam in li. de anima vel aliis huiusmodi scientiam diceremus. In proposito maxime fit mentio de scientia secundo modo. ¶ Tertia distinctio scientia primo modo multipliciter accipi potest vt colligitur de mente linconiensis in principio. tractatus huius libri. primo valde large pro scientia contingentium. quorum quedam raro vel indifferenter proueniunt. quedam vero vt plurimum. Secundo pro scientia necessariorum. quo sciuntur tam principia quam conclusiones per demonstrationem conclusae. tertio pro scientia conclusionum que per demonstrationem acquiritur. Principia minus proprie sciuntur. conclusiones vero maxime proprie. Iste modus vltimus magis est proposito nostro pertinens. ¶ Nota. 4. quod licet scientia conclusionis per demonstrationem conclusae proprie solum attribuatur passioni que de aliquo subiecto predicatur quod sit vnum specie vel genere vt patet ex modo loquendi auctorum transumptiue tamen vel minus proprie attribui potest subiecto et passioni que non sint vere vnum. ¶ Numerus. n. sonorum de quo est scientia musice vere sic non est subiectum vere et simpliciter vnum. de quo tamen probantur predicata que ipsius passiones dicuntur transumptiue. idem patet de linea visuali perspectiue. et sic conuenienter de ipsis scientia minus proprie dicitur. quia se habet per modum generis per se considerati in ordine ad certas species et passiones que debitam connexionem admittere habere possunt. ¶ Ex quibus infertur quod sicut scientia minus proprie sibi attribuitur sic demonstratio eisdem attribuitur improprie vel transumptiue. ¶ Nota. 5°. quod licet quelibet ars que communiter modus sciendi appellatur large loquendo possit scientia dici. accipiendo scientiam pro aggregato et cetera. stricte tamen modus sciendi in hoc a scientia distinguitur. quia est ars directiua vsus rationis siue per quam docemur modum quo aptitudine vel apprehensione rationis vti debemus. quo grammaticam rhetoricam et logicam modum sciendi communiter appellamus. Scientia vero contra modum sciendi distincta non taliter regulat modum. sed absolute docet inherentiam passionum ad subiecta sua: que debet ab intellectu comprehendi. ¶ Ex quo infertur quod sicut talis ars minus proprie scientia dicitur. sic processus in eadem arte minus proprie demonstrationes dicuntur. conuenientiam. n. et propinquitatem magnam habent cum demonstratione.

Quantum ad arti. 2m sit prima conclusio. sumendo scientiam pro habitu vno tantum demonstratio non est subiectum scientia stricte sumpta. probatur sic. scientia stricte sumpta solum attribuitur subiecto et passioni que sint vere et proprie vnum: demonstratio non est huiusmodi. ergo et cetera. maior patet ex articulo precedenti. minor patet ex .4. argumento principali et confirmatione ipsius. ¶ 2a conclusio. licet ita sit demonstratio est tamen large huiusmodi scientia tali modo sumpta. patet quia demonstratio quamuis non sit proprie genus. se tamen habet per modum generis respectu quorundam inferiorum. Sibi etiam quedam attribuuntur predicata que per modum passionum se habent. et de ipsa declarari possunt per nobis notiora. Consideratur etiam a nobis in comparatione ad determinatum finem et per modum vnius. scilicet finem quod fuerit istarum vnum intentionem ad notitiam scientificam acquirendam. quare et cetera. ¶ 3a conclusio. sumendo scientiam pro aggregato ex habitibus et cetera. licet demonstratione non stricte scientia dicatur. large tamen de ipsa habetur. conclusio patet vtraque parte videtur non. ex vltimo notabili. Scientia. n. que de demonstratione habetur est ars quedam docens inducere et formare demonstrationem vt sit secundum debitum intentionem istarum que notitiam scientificam acquirere intendit. ¶ Talis autem ars modus sciendi et non scientia stricte dici debet. licet large scientia possit nominari. quare et cetera. ¶ Prima pars eiusdem conclusionis etiam probari posset ex prima conclusione. scientia. n. sumpta pro aggregato. et cetera. et que proprie sumitur aggregari debet ex habitibus scientificis proprie sumptis. quare et cetera. ¶ 4a conclusio. demonstratio est subiectum attributionis scientie li. poste. patet quia in eodem li. principaliter consideratur genus species ipsius. vt demonstratio quia. et propter quid. affirmatiua. negatiua. vniuersalis. particularis. ostensiua. et ad impossibile ducens. item proprietates ipsius vt patet consideranti. quecunque etiam ibi considerantur per habitudinem ad ipsam considerantur. licet. n. in secundo de arte diffiniendi mentio fiat. hoc tamen fit pro quanto diffinitio est demonstrationis necessaria et principium ipsius. vt videbitur ibidem. quare et cetera.

Quantum ad 3m articulum sciendum quod varii sunt modi respondendi. quedam absolute concedunt conclusionem que vltimo infertur. scilicet quod in demonstrationibus potest esse processus in infinitum. et pro isto credunt fuisse mentem Auic. qui dicit quod in conceptibus anime in infinitum procedere contingit nam si per a. intellectionem homo intelligis. contingit te intelligere a. intellectionem mediante alia. que sit .b. et sic b. intelliges mediante c. et sic in infinitum. ¶ Hec responsio prima conuenienter assumit auctoritatem Aui. quia licet ipse concessisset in huiusmodi simplicibus intellectionibus non repugnare procedere in infinitum: quod videtur satis probabile: quamuis de facto non sit possibile. non tamen dixisset in demonstrationibus esse processum in infinitum. quia demonstrationes circa vniuersalia versantur. in quibus non contingit in infinitum procedere. Nisi forte aliquis diceret quod formata a. demonstratione per intellectum contingit per eundem intellectum formari. b. que sit omnino similis a. et iterum c. que sit similis b. et sic in infinitum. Sed hoc non obstat. quia licet non repugnet sic in infinitum procedere. non tamen oportet in essentialiter ordinatis. neque per vnam demonstrationem. de alia demonstratione tanquam de re scita notitiam habemus.

¶ Scdo rñsi^m ar. sic. aliis. pcessus demrationū in infinitū aut est in accñtaliter aut in eēntialiter ordinatis. si primo^o. tūc per nullam illarū de alia habebit' scia. quod ē ɔ opinionē. Si scdo mō. cū in infinitis nō sit ad vltimū deuenire ī quo ster resolutio intellectus. sequit' per hmōi demrationes nō ɔtingit aliquid scire. ¶ Confirmatur. q: intellectus nūq̄ pfecte aliquid scit nisi qñ scit se scire vt patebit ifra. sed dato tali pcessu intellectus non poterit scire se scire. cū nō sit ad vltimā demrationem puenire per quam se scire cognoscere possit. quare ꝛc̄. ¶ Tertio. si verū eēt q̄ sic pcedere deberemus in infinitū: Arist. hunc modū nobis posuisset. qḋ tamen non videt' fecisse. quare ꝛc̄. ¶ Scḋs modus rñdendi est māls. d. q̄ q̄uis per vnam demrationē alia demōstretur non sequit' pcessus in infinitū. sicut l3 mediante vno malleo fiat alius malleus nō sequit' pcessus in infinitum in malleis. quia faber mediante vno malleo oēs alios conficere potest qui ab ipso fabricant'. ¶ Hec responsio ē insufficiens. q: si conueniens sit exemplū opʒ similiter vnam eē demrationē per quam de ceteris omnibus demrationib^9 habeat' scia. sigit' illa demratio. a. ꝛ q̄rit' vtrū de a. habet' scia vel nō. si nō. habet' intentū. ¶ Preterea nō vr̄ posse rō diuersitatis assignari. Si sic. q̄rit' vtrūq̄d per se ipsā. vel per aliam. nō p se ipsā. q: nō vr̄ idē. posse seipʒ notificare. si per aliā sic arguit' de alia. ꝛ sic stat difficultas argumenti pncipalis. ¶ Item qdam arguūt q̄ illa silitudo nō ē sufficiens. quia faber mediāte vno malleo nō efficit oēm malleum. tūc. n. idē efficeret. seipʒ. in hoc aūt l1. tradit' ars qua quelʒ demratio cognoscit'. si igit' hoc fieret per demrationem. tunc eadē demratio se ipaʒ demraret seu notificaret.

¶ Tertius modus rñdendi p̄mittit aliqua. p̄mo q̄ quelʒ demratio debite pcedēs ē ex ppriis pncipiis eius quod demōstratur. pʒ per ari. p̄mo b^9. 2^o p̄mittit q̄ dialecticus cū sit artifex cōis pcedit per queda cōia declarādo intentum ad nihil spāle descendendo inquantū logicus ē. nisi forte cā exempli. pʒ cōiter. 3^o p̄mittit q̄ pprīū cuiuslibet d̄mratio nis ē efficere sciam. vt colligit' p̄mo b^9. 4^o p̄mittit q̄ ars logice nō scia. sed modus sciendi dici dʒ de mente Aristo. scḋo meta^e. Vltimo supponit q̄ syll^s ē pprīū instrm̄ logici. pʒ cōiter. ¶ His suppositis ponit p̄mo ɔclonem istam. de demratiōe nō habet' scia per demrationē. probat' sic. si oppositū ɔclusionis foret verū cum scia de demratione tradatur a logico p̄mo poste. tūc logicus tradendo sciam statʒ demrare posset. sed q̄ ɔñs sit falsum arguitur. nam quelʒ demratio ē ex propriis pncipiis. sed logicus per quedā cōmunia pcedit ad nihil spāle per se descendens. igitur ꝛc̄. assumptū pʒ. ex p̄ma ꝛ scḋa supp̄one. ¶ Scḋo sic ar. cuiuslʒ demrationis pprīū ē efficere sciam. vt pʒ ex 3^a suppōne. sʒ per pcessum logici non gñatur scia sed modus sciēdi. vt sequit' ex 4^a suppōne. igitur logicus declarando intentū suū nō demrat. ꝛ p ɔñs cū tradit notitiā de demratiōe hoc nō facit per demrationē. ¶ Tertio ar. sic. quilʒ artifex pcedit mediante pprio instrō. sed demratio nō est instrm̄ pprium logici. ergo logicus docendo demrare nō pcedit per dmōstrationem. maior de se pʒ. ꝛ minor sequitur ex vltima suppositione. ¶ Scḋa ɔclusio de demratione habet' scia per pcessum syllogisticū nō demratiuū. ꝛ per regulas quasdā cōes. pʒ p̄ma pars. cum syll^us simplr̄ sumptus sit pprium eius instrm̄. scḋa pars pʒ. cum logicus qui tradit artē demonstrandi sit artifex cōis. ¶ Si iste modus rñdendi intelligat ɔclonem p̄mā de scia pprie dicta put distinguitur ɔ modum sciendi. ꝛ sic ɔñr de demonstratione stricte sūpta vera ē conclusio ipsius. vt in precedentibus ar. pʒ. non tñ negare pōt quin de demratione scia ꝛ demonstratio large modo habeat'. quare de tali demratione ꝛ scia loquendo adhuc stabit difficultas argumēti nisi aliud dicat'. ¶ Itē si rō p̄ma pbans ɔclusionem p̄mam eēt ɔueniens sequeretur metaphysicū nihil demrare posse. ɔñs videtur absurdum. pbatur ɔña. q: non minus per cōmunia metaphysicus. pced^it q̄ logicus eo q̄ ē artifex cōissimus. cum igit' pcedere per cōmunia repugnet nāe demōstrationis vt ille modus dicit sequitur intentum. ¶ Tertio ar. argu^o met istius opinionis. formetur iste syll^us. omnis syll^us pcedēs ex p̄mis veris immediatis prioribus notioribusq̄ causis conclusiōis ē syll^us faciens scire. quelʒ demratio est huiusmodi. igitur quelʒ demratio ē syll^s faciens scire. In conclusione h^9 sylli probatur facere scire que ē passio demonstrationis de ipa demratione per debitū me^m. quare syll^s iste erit demratio per quā tñ habet' scia de demratione. vt patet. quare ꝛc̄. ¶ Rñdetur q̄ syll^us ille non ē demratio eo q̄ per quedā cōia pcedit. nam p̄ma vera ꝛ imediata ꝛc̄. sunt qualʒ scia inueniuntur. sed dʒ dici syll^us absolute. ¶ Hec responsio nō obstat. q: lʒ p̄ma vera ꝛ imediata sint omnibus scientiis cōmunia. ista tamen sil' aggregata ɔsiderata q̄ ad intentionē scḋum appropriant' tā subo illius cōclonis q̄ p̄dicato. quare p̄dictus syll^us pcedit ex his que sunt ppria tam subo q̄ p̄dicato. ergo non obstat qn demratio debeat dici. ¶ Preterea cum ille syll^us nō sit elenchus. sʒ debita forma concludens. ꝛ concludit verū ex veris. aut igit' ē topicus siue pbabilis. aut demratiuus. sʒ non ē topicus. igit' ꝛc̄. minor pbat'. q: pcedit per eēntialia. s. per ea sine quib^9 demratio eē nō pōt ꝛ ipsi^9 diffōnem ingrediunt'. procedit etiam per gñalia ppriā diffōnem declarando de diffinito. quare ꝛc̄. ¶ Vltimo quidam arguūt sic. Sicut metaphysicus de ente reali aliquā passionē demrare pōt. sic ꝛ logicus de ente rōnis. vr̄ etiā q̄ logicus hāc passionem verū vel falsum possit demrare de ppositione. Sicut arithmeticus par ꝛ impar de numero demrat. vt ipsi dicūt. ¶ Alr respōdeo ad p̄dictā difficultatē p quo ponit' h distinctio. de aliquo aliq̄ passionē demrari dupl'r ɔtigit vt ppo^o spectat. vno^o p se. Alio^o p accñs. ex^m si p aliquē demratiuū pcessū demret' hoiem eē risibilē. tūc de hoie demratur risibile p se. de sor. vo p accñs. sicut etiā de ipso hr̄ scia p accñs p q̄ to hoi accidit q̄ sub eo. sor. ɔtineat'. ¶ Conr pono. 2. ɔclones. p̄ma ē ista. Sumendo sciam p hitu vno scientifico de demratione habet' scia p d̄mrationē. pbat'. q: de d̄mratione ɔcludit' diffō ipius p aliā diffōnem ɔuertibilē cū ipa. igit' ꝛc̄. tʒ ɔña. ꝛ assūptū patuit in p̄mo syllo. ois syll^s pcedens ꝛc̄. siue vt alij voluerūt in syllo. cō^o formato in quo pbatur diffō mālis demratiōis p diffōnē datā a cā finali. sʒ tñ accipito sciā ꝛ d̄mrationē large vt p̄us dicebat'. ¶ 2^a ɔ^o accipiēdo sciā p aggregato ꝛc̄. de d̄mratiōe non hr̄ scia p d̄mrationē tm̄. sʒ p aggregatū ex multis ꝛ variis pcessib^9 spē distinctis. pʒ ɔ^o. q: scia de d̄mratiōe illo mō sūpta nō ē nisi ars d̄mrandi q̄ tradit' p̄^o ꝛ scḋo poste. tal' autē a nobis acgrit' p pcessus multos. q̄ʒ aliq sūt diffinitiui. aliq d̄mratiui a posteriori vt' a por. qdā diuisiui. alij ɔpositiui. ꝛ alij ex emplo ɔ positiui. vt pʒ ispiciēti pcessū illi^9 libri. ¶ Ex his pʒ rñsio ad dubitationē pncipalē. ɔcedit'. n. q̄ de demratiōe ē scia p d̄mrationē. ex q̄ tñ nō seq̄t' pcessus ī demratiōibus in ifinitū. q: ɔcedit' p. a. demrationē haberi sciā d̄ d̄mratione cōiter sūpta p se p̄^o. ꝛ ɔñr d̄ a. d̄mratiōe ꝛ ōlʒ alia singulari p accñs hēri sciā p eādē tāq̄ de singularib^9 ɔtētis sb aliq vli. Et si ar. q̄ saltē seq̄t' idē demrare se ipm. Respondent qdā ɔcedēdo. Sʒ hoc puto leue dictū vt videbit' statim. Alr g^o respōdet' negādo ɔñaʒ. illō. n. q̄ ppie ꝛ p se d̄mrari dī ē ɔclō. ɔñr vo ꝛ trāsūptiue dī passio siue p̄dicatū significās passionē d̄mrari. subʒ vo iuxta cōē locutionē doctor neq̄ ppie neqʒ iprope d̄mrari dī. sʒ dicim^9 d̄ ipso aliqd demrari. s. passionē ipsi^9. cū g^o a. d̄mratiō e scia acqrat' pipaʒ met. a. d̄mrationē tāq̄ d̄ subo. lʒ p accñs nō seqtur. a. d̄mrationē p se vel p accñs se ipaʒ d̄mrare. Ex q̄ pʒ ɔcedendū eē q̄ a demratio p se ɔcurrit ad sciam. a. d̄mōstrationis p accñs. silr ɔcurrit p se ad d̄mōstrandū d̄ se ipa p accñs. ¶ Sed ɔ responsionē dubitat'. q: adhuc vr̄ sequit q̄ idē notificat seipʒ ꝛ p ɔñs idē eēt se ipo noti^9. qḋ iplicat. ɔñatʒ. postq̄ p. a. demrationē acqrit' notitia. a. demōstrationis. ¶ Ad h respondēt qdā ɔcedēdo ɔclonem. dicūt. n. nō eē incōueniens in his que per se ipa pbant'. ꝛ nō p alia sicut sunt ōn^a p̄ma. sic ꝛ cū a. demōstratio in se ɔtineat p̄n^a cōia cuiuslʒ demratiōis poterit se ipaʒ notificare. Hanc responsionē n̄ puto sufficiētē. p̄^o q: adhuc stat icōueniēs illatū. scḋo q: lʒ p̄n^a sint p se nota. nō seq̄t' vt notificēt se ipa. q̄re rō h^9 rñsiōis vr̄ nulla. ¶ Alr igit' rñdet'. q̄ aliqd alterū notificare est dupl'r vt ppposito spectat. p̄^o sic vt p notitiā ipsi^9

tanq̃ notioris in notitiam alterius veniamus. scd̃o sic vt p ipsum tanq̃ per instr̃m notitia alterius nobis acquirat̃. p° modo opʒ notificans eẽ notius notificato. scd̃o vero mõ nõ opʒ: imo stat ipsũ notificans nobis nõ esse notum. sic geometra nihil de syll̃o considerãs d̃eimr̃abit triangulum habere tres tanq̃ per instr̃m. ¶ Ad ꝓpositum igit̃ per .a. demonstrationez acquirit̃ notitia .a. d̃emr̃ationis ⁊ cuiuslibet alterius non prio ſʒ scd̃o mõ. quare ⁊c̃. ¶ Et nota modũ soluendi. q: per ipsum solues dubitationes multas. ¶ Ad rõnes autem tertij modi respondendi dicit̃. ¶ Ad primã ꝙ lʒ ea quib⁹ vtitur logicus in demonstrando sint alijs sciẽ communia. sunt tñ logico ꝓpria. cum sit artifex cõis. sunt enim ꝓpria passioni ⁊ subo que ponunt̃ in ꝯclusione ipsi⁹. Item illa cõia considerata quo ad intentionẽ secũdam sic logico appropriant̃ ꝙ vt sic nõ sunt alijs cõmunia. lʒ .n. quelibet scia consideret ea que sũt p̃ma ⁊ immediata in eadez scia. non tamẽ quelʒ sic considerat ea ratione qua prima ⁊ immediata dicuntur sicut logicus facit. quare ⁊c̃. ¶ Ad scd̃aʒ rõnem dicitur ꝙ concludit de demonstratiõe. ⁊ alijs reb⁹ in logica consideratis non haberi sciam ꝓprie distinctam ꝯ modum sciendi. ⁊ hoc non repugnat dictis. ¶ Ad vltimũ dẽ primo negando maiorem. nam scie omnes reales procedunt ꝓbando per demonstrationem. que tamen nulli illarũ est proprium instr̃m. sed oĩbus cõmune. ¶ Secundo dicitur ꝙ syll̃us ꝯsideratus vt instr̃m nõ est logico proprium. q: etiam omnes alie scientie syllogizant. sed ꝯsideratus tanq̃ aliquid cuius notitia nobis tradit̃ est logico proprium. q: nullus alius nobis tradit notitiam syll̃i p̃ter logicum. sed hoc modo etiam concedendum est demr̃ationez esse logico ꝓpriam. ¶ Circa maiorẽ dubitatur. quare non ita contingit in artibus mãlibus vt mediante vno instrumento fiant omnia eiusdem sp̃ei. verbi gratia. per vnum malleum fiant omnes mallei. sicut mediante eadem demonstratione numero tanq̃ instrumento de qualʒ demr̃atione scientia acquirit̃. ¶ Ad hoc dubium quod a quibusdã mouetur posset aliquis se breuiter expediens dicere. ꝙ nulla demonstratio alias efficit demr̃ationes. nec seipsam. sicut malleus efficit malleos. quare nulla est ratio dubitationis. ¶ Alr̃ placide rñdetur ꝙ cã est. q: in actionibus mere materialibus idem non est supra se ipsum conuersiuũ. ⁊ per ꝯñs idem nõ poterit efficere se ipsum. in actionibus autem spiritualibus idem supra se ipsum conuerti potest. qm̃ intellectus se ipsum intelligit. vt pʒ 3° de anima. ⁊ per ꝯñs act⁹ scia vel instrumenta rõnis sunt supra se reflexiui. demõstratio autem est intellectus instrumentum. quare supra se sic reflecti potest vt per aliquam demonstrationem de se ipsa notitia acquiratur. sicut etiam de syll̃o absolute contingit. ex quibus infert̃. ꝙ lʒ in mãlibus actionibus instr̃m. ⁊ illud supra quod cõuertit̃ illud instr̃m realiter d̃ferant. nõ tamen sic opʒ in instr̃o intellectus. sed sufficit ea rõne differre.

Ad rationes principales. ¶ Ad p̃mã pʒ in vltimo articulo. ¶ Ad secũdã negatur minor. ¶ Ad probationem dici potest. primo ꝙ de demonstratione quid nominis presupponitur. Arist. aũt inuestigat quid rei ipsius. ¶ Alr̃ dicitur ꝙ illas descriptiones p̃hs non probat. sed presupponit tanq̃ notas. vel saltem alteram illarum. lʒ altera per ipsum demonstretur vt quidam voluerunt. ¶ Ad tertiam conceditur conclusio. ⁊ sic consequenter conceditur. ꝙ in hoc libro supponi debet possibilitas sciendi.

Ad rationem in oppositum d̃r ꝙ Arist. ibi non ꝓbauit ꝙ sit possibile scire tanq̃ huic scientie per se necessariũ. qm̃ a posteriori ista supponi debet. sed per accidẽs hoc fecit. ne ex erroribus antiquorum quisq̃ in alienam viam deduceretur. ¶ Alr̃ dici potest. iuxta modum loquendi linconiensis. ꝙ Aristo. hic non probauit possibilitatẽ ipsius scientie. q: vt ipse dic̃ nullius scientie est stabilire subm̃ suum. nec illud ꝙ ẽ ante subʒ suum. sed voluit declarare modum quo scire contingit. vt remouerentur opiniones antiquorum. ¶ Ad quartam cũ confirmatione ipsius. ⁊ quintam pʒ in articulo primo ⁊ secundo. ¶ Ad sextam d̃r ꝙ consideratio de diffinitiõe que ponitur scd̃o poste. ordinatur per se in considerationez demonstrationis. sicut etiam diffinitio in demr̃ationem ordinatur cum sit p̃n^m ipsius formaliter aut virtualiter ingrediens ipsam. quare ratio nõ procedit. ¶ Ad vltimum negatur ꝯsequẽtia. dictus ẽ .n. syll̃s demonstratiuus esse resolutiu⁹ qm̃ per ipsum resoluit̃ effectus i p̃ncip̃a per se nota. ꝙ de alijs syll̃is nõ sic contingit resoluere. igit̃ vsq̃ ad ꝑ se nota ẽ demr̃abilis vl̃ demr̃ationis passio. quare tale nõ potuit eẽ huius scie subm̃. ⁊ sic sit finis questionis.

¶ Omnis doctrina ⁊ oĩs disciplina itellectiua ex preexistenti fit cognitione ⁊c̃. Qõ ii.

Queritur 2°. vtrum omnis doctrina ⁊ omnis disciplina itellectiua fit ex preexĩti cognitione. queritur primo. quare nõ fit ex ipsis tanq̃ ex cã materiali. vt pʒ. nec formali. vt pʒ. nec tanq̃ efficiente. quod probatur. q: dato opposito sequeretur preexistẽm cognitionem eẽ intellectu possibili perfectiorem: ꝯñs est absurdum. ꝯñia ꝓbatur. omne ꝑ se actiue concurrens ad ꝑfectissimam alicuius operationem. quod solum passiue concurrit ad illam ẽ illo perfectius. sed per aduersarium p̃existẽs cognitio actiue concurrit ad productionem doctrine vel discipline que est effectus perfectior quez intellectus habere possit: ⁊ ad illam solum passiue concurrit intellectus. igitur ⁊c̃. ¶ Secundo si doctrina ⁊ disciplina fit ⁊c̃. aut ergo illa preexistẽs cognitio de se sufficit ad inductionem doctrine. vel aliquid aliud requiritur. si p̃m. sequitur ꝙ statim habita notitia principiorum in aliqua scientia scirẽtur omnes ꝯclusiones eiusdez scie. ꝯñs ẽ falsũ. vt pʒ. ⁊ nota ẽ ꝯñs de se. si vero aliud requiritur. maxime vr̃ discurrere vel discursum. ¶ Sʒ ꝯ discursus intellectus fit subito. quare sequitur ꝙ stati post p̃n^a intellectus addiscet omnes conclusiones. ¶ Tertio data parte affirmatiua daretur ꝓcessus in infinitum. ꝯñia ꝓbatur. q: p̃existẽs cognitio saltem intellectiua ẽ doctrina vl̃ disciplina. ⁊ per ꝯñs fit ex alia p̃existi cognitiõe. ⁊ sic in infinitum procederet̃. ¶ Confirmatur. nulla ẽ p̃a p̃cognitio intellectiua. igitur in precognitionibus proceditur in infinitum. assũptum probatur. quacũq̃ p̃cognitione intellectiua data ipsa est aliq̃ʒ intensionis. ⁊ per consequens non ẽ dare p̃m gradum illius in intellectu acquisitum. quare nulla erit precognitio absolute p̃a. ¶ Quarto arguitur sic. doctrina ⁊ disciplina intelligentiarum nõ fit ex p̃existi cognitione. ergo ⁊c̃. añs pʒ. q: non discurrunt. ¶ Quinto solum artes fiunt ex p̃existi cognitione. ergo non quelʒ doctrina vl̃ disciplina fit ex p̃existi cognitione. tenet consequentia. q: scia nõ est ars. vt pʒ. 6. ethi. cum tñ q̃libet sit doctrina ⁊ discipl̃ia. assũptũ ꝓbat̃. nã ari. iprobãdo iductiue ꝓpõnez illã se diuertit ad ꝓbãdũ ꝗtũ ad artes tñ. dic̃. n. ꝙ mathe^c ⁊ vnaq̃q; aliarũ artiũ. Itẽ dialectica ⁊ rhetorica per hũc modũ ꝓcedũt. q̃re ⁊c̃. ¶ 6^a qua rõne doctrĩa itellectiua fieret ex p̃existi cognitiõe. eadẽ rõne sensitiua brutorũ siue hoĩuʒ. q̃re frustra ponitur illa particula intellectiua. assũptũ pʒ. q: doctrĩa sensitiua in virtute interiori fundat̃. cui⁹ cognitio a cognitiõe sensus exterioris depẽdet. ¶ Itẽ experientia videm⁹ bruta filios docere ex p̃existi cognitione. vt cũ aues volare docẽt natos earum. primo ex nidis exeuntes.

Ad oppositum est Ari. i. ꝓhemio libri poste. ¶ In ista qõe p° d̃terminabit̃ quesitũ secũdo tanget̃ difficultas quinti articuli.

Quantũ ad p̃m p̃mittet̃ p° q̃dã. 2° ponet̃ ꝯ^{ones}. p̃a distinctio. doctrĩa vl̃ discl^a dupl̃r accipi p̃t. s. large ⁊ stricte. large n̄ solũ itellectiue. sʒ ẽt sensitiue noĩe attribuit̃. iuxta mo^m loq̃ndi ari. i ꝓhẽio meta. vbi voluit alaĩa hñtia mẽoriã eẽ prudẽtia. ⁊ hñtia auditũ eẽ disciplinabilia. Stricte v° solũ itellectiue noĩe attribui d3. q̃ sic h̃ scribi p̃t vt dicebat̃ exponẽdo textũ. Doctrĩa itellectiua est hñ⁹ sciẽtific⁹: vl̃ aggregatũ ex hñtib⁹ in mẽte alic⁹ ꝓductis a doctore vl̃ a seipo tenẽte locũ doctoris. Disciplina v° ẽ habit⁹ sciẽtific⁹ i mẽte discipl̃i recept⁹. vl̃ a doctore extrinseco. vl̃ itrĩseco ꝓductus. D̃r notãter vl̃ itrĩseco. q: vbi aliquis

solo studio aliq̄ꝫ ꝯclusionem addiscat. habitum ipsius acq̄ra ex virtute intellectus agentis qui doctor intrinsecus dici pōt. imo dicit lincoñ. ꝙ neqꝫ magr̄ voce sonās. neqꝫ scriptura ꝓprie docent. sed verus doctor ē qui interiꝰ mentem illuminat: ⁊ veritatē ondit. ⁊ loquitur ibi de intellectu agente. ¶ Ex his descriptionibꝰ infert ꝙ idem realr̄ ē doctrina ⁊ disciplina: lꝫ dr̄ant rōne. q: idē habitꝰ a doctore ꝓductus ē in mente discipuli receptus. sꝫ put a doctore ꝓueniens doctrina dici dꝫ. vl̄ put deseruiens discipulo ad aliū docendū. put aūt in discipulo receptꝰ dr̄ disciplina. ¶ Sequitur scḋo illud quod a qbusdam dr̄ ꝓ verificatione conclusionis Arist. non eē ad mentē ipsius. lꝫ in se verꝫ sit. vꝫ ꝙ ōis itellectiua notitia hūana sit ex p̄exñti cognitione q: sit ex sensitiua. ⁊ per ꝯñs ōis doctrina ⁊c̄. Cū. n. doctrina ⁊ disciplina sint habitus scientifici necño aliū habitū presupponens eo priorem. erit intentio aristo. quelꝫ talē habitū fieri ex aliqua intellectiua cognitōe nālr̄ priori illo. ¶ Sequitur vlterius notitiā ꝑncipioꝝ ꝑmoꝝ non debere doctrinā neqꝫ disciplinā dici. pꝫ ex ꝑmissis. pꝫ ēt de mente linco. ¶ Seqr̄ vlterius quosdam modernos ꝙ notitia intelligētiaꝝ nō est doctrina neqꝫ disciplina. neqꝫ vna intelligētia aliam docet. vel ab alia addiscit. ad addiscere. n. requirit̄ de potētia aliꝰ notitie ad actū deduci. vt expresse sentit linconiēsis. cū dicē nō docentur vl̄ addiscimus nisi illud quod ꝑmo ꝯcipimus eē nobis duᵐ vl̄ appet nobis falsum. ⁊ post dubitatione vel ꝯtrariam opinionē manifestatur nobis veritas eius. hoc āt intelligētijs competere non pōt. eo ꝙ nunq̄ꝫ sūt in potētia. sed sp̄ in actu intelligendi. habent enim intellectiones eternas neqꝫ ad nouas intellectiones in ipsis ꝓducēdas moueri possūt. quare ⁊c̄. Et non sequit̄. intelligētia inferior intelligit per intelligentiam supiorem tanq̄ꝫ ꝑ cām sue itellectionis. ergo addiscit ab illa. ¶ Scḋa distinctio. cum illa ꝓpositio ex hicat circunstantiā cause. doctrinā ⁊ disciplinā fieri ex p̄exñti cognitione multipl'r intelligi pōt. s. vel ex ipsa tanq̄ꝫ ex causa mali. vel tanq̄ꝫ formali. vl̄ tanq̄ꝫ efficiente. ¶ Itē pōt dici ex ipsa fieri tāq̄ꝫ ex parte. vel tanquā ex termino a quo. vel tāquā ex ꝑma dispōne. sꝫ isti tres modi ad modū cāe mālis reducunt̄ vt pꝫ. 2. phy. ¶ Tertia distinctio. notitiā aliq̄ꝫ fieri ex p̄exñti cognitione adhuc dupliciter intelligi pōt. vno mō sit vt illa p̄existens cognitio sit ps ipsiꝰ gradualis. qualr̄ notitiam intensam vt quatuor fieri dicimus ex notitia itensa vt duo. Alio mō sic vt sit penitus ab illa differens sm̄ totum ⁊ ꝑtes eius. qualr̄ notitiā passionis acquiri dicimus ex notitia subt. vl̄ sue diffōnis. ¶ Ex quo infertur ꝙ ꝓcedere in infinitum in p̄cognitionibꝰ dupl'r imaginari possumus. vel sic vt vna sit pars alterius. ⁊ altera pars illiꝰ. ⁊ sic in ifinitum. vel sic vt totalr̄ abinuicem distinguantur. ¶ Ultimo ꝑnitto ꝙ lꝫ intellectus de se sit aptus subito discurrere. q: tamē virtutes sensitiue organice sibi deseruiūt que cum successione quadā notitiā acquirunt. ideo intellectus vtplurimum rerum notitiā successiue acquirit. ⁊ lꝫ aliquis rei simplicem intellectionē subito acquireret. staret tñ vt eius credulitas nō subito acqreretur. sed successiue. q: rōni per quā fides acquiri debet non statiꝫ adhereret. aut ꝓpter ꝯriam opinionē. aut q: debil'r figeretur. vl̄ alia ꝯsimili cā. de hac mā plenius dixi in. 3. de anima. ¶ Pria ꝯclusio. doctrina ⁊ disciplina non fiūt ex preexñti cognitiōe tāq̄ꝫ ex forma. nec tāq̄ꝫ ex mā ꝓprie sumpta. Prima pars huius ꝯclonis ꝓbat̄. eo ꝙ doctrina cum sit habitus intellectus ē forma quedā accñtalis. forme autem ꝓprie nō ē forma. quare ⁊c̄. 2ª pꝫ cum habitus ille non sit compositū substātiale. non etiā fundat̄ in p̄cognitione tāq̄ꝫ in subo. ¶ Secundā conclusionē ponūt quidā quelꝫ doctrina vel disciplina sit ex p̄exñti cognitione tāq̄ꝫ ex pte cōstitutiua. ⁊ tāq̄ꝫ ex termino a quo. ⁊ tāq̄ꝫ ex cā efficiente. Prima pars probatur. q: notitia que de conclusione habetur ex simplicibꝰ notitijs maioris extremitatis ⁊ minoris integratur. sicut etiaꝫ componit̄ conclusio ex maiori ⁊ minori extremitate. 2ª ps probatur. q: sicut dies sit ex nocte. ⁊ habitus ex priuatione tāq̄ꝫ ex termino a quo. sic ex notitia principiorum vniuersalium non formaliter demonstrationem ingredientiū sit notitia conclusionis. 3ª pars pꝫ de mente linconiensis qui dicē. ꝙ notitia premissarum gignit notitiā conclusionis. Hāc cōclusionem dixerunt esse de mente Aristo. 2ª ps videt̄ manifeste falsa. q: terminus a quo non remanet in aduentu illius quod sit ex ipso. vt habetur primo ⁊ quinto physicoꝝ. ⁊ pꝫ in exemplis istorum. sed in aduentu doctrine ⁊ discipline remanet p̄exñs cognitio ex qua acquiritur. ergo ⁊c̄. minor de se pꝫ. immo si non remaneret p̄exñs cognitio nō etiam remaneret doctrina. vel disciplina que per ipsam acquirebatur. neqꝫ sufficit ad hoc vt aliqua precognitio dicatur terminus a quo ꝙ non formaliter ingrediatur demōstrationem sicut isti assumunt pro fundamento. 3ª etiam ps vr̄ etiam valde dubia ꝓpter ꝯrias opiniones. probabilior. n. apparet opinio que lꝫ p̄exñtem cognitionem non actiue sꝫ dispositiue tm̄ concurrere ad notitiā conclusiōis. q̄ꝫ illa que lꝫ ꝙ actiue concurrat vt videre potes super 3º de anima. ¶ Ad linconiensem vero diceret hec opinio vel ꝙ ipse fuit illius opinionis. vel ꝙ intellexit ꝙ per notitiā premissarum tāq̄ꝫ dispositionem primam vel preuiā gignitur notia ꝯclonis ab intellectu agente. ¶ Primā vero partem illius conclusionis videtur fuisse extra mentem Arist. vt patere pōt consideranti. lꝫ forte in se va esset. immo puto nullā illaruꝫ partium fuisse ad mentem ipsius. ¶ Tertia conclusio pro intentione Arist. sit ista. doctrina ⁊ disciplina fiūt ex p̄exñti cognitione tāq̄ꝫ ex dispositione ꝑma vel ꝑuia ad illam acquirendam. pꝫ. q: ad doctrinam acquirendā cū ipsa sit habitus scientificus. vt prius dictum fuit. requirit̄ habitus siue cognitio principioꝝ in illam ꝑ se ordinatus. ꝑ talem autē cognitionem disponitur ⁊ habilitat̄ intellectus ad doctrīe acquisitionem. sicut etiā mā habilitatur ad formā sūbalem acquirendam per ꝑuias dispositiones in ipsam ab agente ꝓductas. ¶ Ex ꝯclōne ifert̄ ꝙ sicut modus cāūtatis quo dispositione ꝑma vel ꝑuia dependet forma sūbalis. ad cāꝫ mālem reducit̄. sic modus quo a preexistenti cognitiōe doctrina vel disciplina dependet ad eandem cāūm reduci hēt. ¶ Quarta cōclusio lꝫ ex aliqua p̄existenti cognitiōe fiat doctrina vel disciplina tāq̄ꝫ ex parte ipius graduali. necessario tñ sit ex aliqua que ab ea distinguit̄ scḋm omnes ptes eiꝰ. ꝑma pars pꝫ. cum omnis doctrina sit habitus aliqualiter itensus. cuius alique ptes sūt ꝑus tempore vel nā acqsite q̄ꝫ totuꝫ. scḋa ps probatur. eo ꝙ quilꝫ habitus scientificus ex notitia ꝑncipiorum dependet que total'r ab ipsa doctrina distinguitur vt pꝫ. ¶ Ex conclusione infert̄ ꝙ sicut i diuisione continui non incōuenit in infinituꝫ ꝓcedere actu vel potentia. vt habetur. 3. physicoꝝ. sic in precognitionibꝰ q̄ꝝ vna est pars alterius non inconuenit ꝓcedere in infinitum. stat. n. ꝙ. a. doctrina sit per ptem ante partem acquisita. sic vt eius medietas prius acquisita. sit q̄ꝫ totum. ⁊ prius q̄rta q̄ꝫ medietas. ⁊ sic in infinitum. ¶ Sequitur secundo ꝙ in precognitionibus aliq̄ꝫ doctrinam precedentibus totaliter abinuicem distinctis. ⁊ ad se inuicem debite ordinatis non contingit in infinitum procedere. pꝫ q: ille sunt essentialiter ordinate. in essentialiter autem ordinatis non contingit in infinitum procedere. ¶ Omnes precedentes conclusiones ponuntur de doctrina ⁊ disciplia proprie sumpta. que in intellectu solum reperitur. ¶ Quinta conclusio rationale est doctrinam ⁊ disciplinam sensitiuam siue in homine siue in brutis inuentatur ex preexistenti fieri cognitione. pꝫ sicut de intellectiua. ad hoc enim vt bruta ex assuefactione inclinentur ad taliter vel sic operandum requiritur in eis vnam vel plures prefuisse actuales apprehensiones eisdem appa1entibus infixas. vel ab aliquo huiusmodi aliter non esse doctrina. ⁊ sic etiaꝫ in homine videtur. quare ⁊c̄.

Quantum ad secundum articulum sit hec prima distinctio que posita fuit in expositione textus. Iste terminus ars dupliciter accipitur. large. ⁊ stricte. large quelibet scientia q̄ꝫtūcunqꝫ speculatiua ars dici potest iuxta modum loquendi Aristote. in prohemio meta. vbi voluit ꝙ ars speculatiua magis est sapiētia q̄ꝫ practica. cōmuniter etiam dicimus artes liberales eē septem. geometria. arithmetica. ⁊c̄. que tamen sunt scientie magis speculatiue. sic etiam loquitur arist. in proposito nostro cum dicit. ⁊ aliaruꝫ vnaqueqꝫ artiū. Stricte vo vr̄

ars de habitu intellectus. siue de aggregato ex habitibꝰ debite ordinatis. qui nō pncipalr in scire. sed in opus extrinsecū finalr ordinat. ꝛ hoc mō accipit Arist. artē. 6. ethicoꝝ. vbi dicit q̄ ars est recta rō factibiliū. i. habitus intellectualis recta rōne factiuꝰ. ¶ Scōa distinctio. sumēdo artē scōo mō adhuc duplr accipit. pmo p habitu. vl' aggregato ꝛc. Siue sit per demrationem. siue per expimentū. aut assuefactionē acqsitus. ꝛ sic locutus ē Arist. loco allegato. secundo mō magis stricte p habitu ꝛc. nō demratione. sed solū experimēto. vel experientijs aut assuefactione acqsito. q̄lr sumpsit eustathius artem pmo ethicoꝝ cum dicit. q̄ ars est collectio ex adinuentis cōprehensionibus. ꝛ exercitatis. ꝛ pbatis ad aliquē finem coꝝ bonoꝝ que sunt in vita. Et p̄mo meta. habetur. q̄ acquirit ars ex multis expimētalibꝰ notitijs. ꝛ fit vna vlis rō de ɔsilibus ɔceptibus. iuxta quē modū moralis phia ꝛ medicina scientifice acqsita non eēnt artes appellande. sed mechanice artes pprie artes appellarētur. ¶ Tertia distinctio. accipiēdo sciaʒ p habitu. vel aggregato ex habitibꝰ per demratione acqsito adhuc dupliciter accipi pōt. vno mō p habitu scientifico. siue aggregato ex habitibus debitā habentibus inuicem ɔnexionem ꝛ habitudinem ad vnum tertium. in scire ꝛ non in operari ordinato. 2º mō p habitu scientifico ꝛc. vel in scire. vel operari pncipalr ordinato. ¶ Ex his tres inferunt ɔclōnes. prima accipiendo artem vt accipit in secūdo mēbro scōe distinctionis sic ars distinguit ɔ sciam qualitercūqʒ sumptam. pʒ. q2 de rōne scie vt h̄ accipit est per demratione acquiri sed de rōne artis talr sumpte ē nō per demrationē. sʒ assuefactione vel experimento acquiri. quare ꝛc. ¶ Scōa ɔº. scia sūpta vt sumit in primo mēbro tertie distinctionis distinguit ɔ artem qualitercunqʒ sumptam in 2ª distinctione. pʒ q2 de rōne artis primo vel scōo modo. est in operationem ꝛ nō in scire principalr ordinari. de rōne vero sciēntie taliter sūpte ē in scire tm̄ ordinari. quare ꝛc. ¶ Tertia ɔclusio. ars accepta pmo mō. ꝛ scia scōo mō sumpta inidem coincidere possunt. pʒ. moralis. n. phia. similiter ꝛ medicina principaliter. in operari ordinantur. ꝛ per demonstrationem acquiri possunt. s. vel a posteriori. vel a priori. Iteʒ experimēto ꝛ assuefactione. quare ꝛc. ¶ Sed hic dubitatur. nūqd dialectica scia proprie vel ars dici debet. q̄ nō sit ars argr. q2 non in operari. sed i scire tm̄ ordinat. ¶ Q2 sic arguit. q2 ordinatur in formationes sylloꝝ ꝛ aliarum hmōi operationum que in potestate nostra exīt. ¶ Ad idem videt albertus alamanus in vniuersalibus suis. ¶ Item cōmunis modus loquendi qui dialecticam grāmaticam ꝛ rhetoricam artes nominauit. ¶ Ad h respondēri potest q̄ dialectica non est ars aliquo modo h̄e distinctionis. sed largissime sumendo artem posset dici q̄ sic. qualr etiaʒ metaphysicam artem esse diceremus. vt ex prima distinctione pʒ. ¶ Ad rationes in oppositū diceretur. q̄ lʒ dialectica i huiusmodi operationes ordinetur. non tamen extrinsece sʒ intrinsece sunt. quod requiritur ad eē artis. vt in premissis dicebatur. ¶ Ad albertum ꝛ cōem modum loquendi diceretur. q̄ accipiunt artem valde large. quomō quelibet scia dicitur ars. ¶ Alr ꝛ melius dr ad dubium q̄ dialectica ē ars. q2. s. in operari principaliter ordinatur. ¶ Ad rationeʒ in oppositū. negatur aũs. Dico. n. primo q̄ dialectica non tm̄ in operationes intrinsecas: sed etiam extrīsecas finaliter ordinatur. q2 non solum mente. sed etiam voce docemur syllogismos formare. ¶ Dico secundo q̄ etiam rōne operationum intrinsecarū. in quas perficiendas nos dialectica dirigit. merito ars debet nominari. ꝛ iste fuit intellectus alberti. ꝛ sic ad eē artis in primo mēbro secunde distinctiōis sufficit dicere q̄ in opus i potestate nostra exīs finaliter ordinetur siue intrinsecum. siue extrinsecum fuerit. ¶ Sed ɔ hoc vltimum arguitur. q2 illo dato sequitur notitiam principioꝝ scientie simpliciter speculatiue. sicut metaphysice. vel alterius debere dici artem. quod videtur manifeste falsum. ꝛ contra predicta. consequentia probatur. q2 notitia illorum principiorum finaliter ordinatur in cognitioneʒ conclusionum eiusdem scientie. vt pʒ. talis autem cognitio intellectus est operatio quedam in potestate nostra exīs. vt pʒ. quare ꝛc. ¶ Ad h dicitur primo. q̄ lʒ formare syllogismum vel aliam huiusmodi operationem sit operatio in nostra potestate exīs. cognitio tm̄ conclusionum alicuiꝰ sciētie. que illarum includit credulitatem non in potestate nr̄a existit. non. n. cōter diceremus q̄ scire vel credere triangulum habere tres angulos duobus rectis equales sit i potestate nostra. propterea q̄ ad illud credēdum opʒ intellectum aliquam ratione moueri. de tali autem cognitione loquimur quando dicimus vnius cognitionem i alterius cognitionem ordinari. s. notitiam principiorum in notitiā cōclusionis. ¶ Scōo dico q̄ aliquid finaliter ordinari i aliquā operationem intellectus duplr intelligi potest. vno modo sic vt per ipsum tanq̄ primam vel preuiam dispositioneʒ illa operatio acquiratur. ꝛ hoc mō notitiam premissarum in notitiam conclusionis ordinari dicimus. tale vero ordinari in operationem non arguit habitum aliquem debere dici artem. Alio modo sic vt per ipsuʒ reguletur intellectꝰ ad operationem illam formandam. ꝛ hoc modo habitus dialectice in operationem intrinsecam ordinatur. Ex tali autem ordinatione in operationem sufficienter arguit aliquē habitum nominādum eē artem. Ars. n. quibusdam regulis ꝛ preceptis consistit. vt habetur primo ethicoꝝ. ꝛ per hoc patet responsio ad dubitationem.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primuʒ pʒ in articulo pmo. ¶ Ad 2m dr q̄ preter preexistentē cognitioneʒ requirit discursus ꝛ alia multa. ¶ Ad rōnem in oppositum pʒ. ex vltimo notabili. ¶ Ad 3m cum eius affirmatione. pʒ ex 4 conclusione primi articuli. cum correlario ipsius. Cum tamen dicit q̄ precognitio ē doctrina. illud est negandum proprie loq̄ndo. ¶ Ad 4m. ꝛ 5m pʒ in questione. ¶ Ad vltimum. patet ex vltima conclusione primi articuli. ꝛ cū dicitur q̄ frustra dicitur doctrina intellectiua. hoc negatur. q2 sicut est dictum in expositione textus. ar. illam particulam posuit ppter opinionem platonis. Et sic ē finis questionis.

¶ **Dupliciter autem necessarium est precognoscere. Alia nāqʒ quia sunt prius opinari necesse est ꝛc.**

Questio. iii.

Queritur 3º. vtrum de dignitate oporteat p̄cognoscere solum. q2 est. ¶ Ad partem negatiuaʒ arguit sic. cognitio q2 ē dignitatis necessario presupponit cognitionem quid ē ipsiꝰ. igitur non tm̄ ē necessaria p̄cognitio q2 ē. aũs ptʒ ꝛ probatur. non. n. possumus dicere

q

dignitatem eē veram nisi terminos intelligamus ipsaʒ cōponētes. sed hoc ē precognoscere quid ē ipsius quare ꝛc. ¶ Scōo: conclusio que non immediate demonstratur ex principijs per se notis. sicut illa. triangulus habet tres. non requirit precognitionem. q2 est dignitatis. ergo ꝛc. tenet consequentia. ꝛ assumptum pʒ. cum eius notitia sufficienter acquiratur per notitiam suarum premissarum. in q̄bus non includitur dignitas. ¶ Dicitur forte q̄ lʒ illa p̄cognitio. q2 ē. non immediate requiratur ad declarandum conclusionem. requiritur saltem mediate. eo q̄ notitia suaruʒ premissarum in per se nota reduci debet. ¶ Sed h respōsio non tollit difficultatem. q2 lʒ notitia predicte conclusionis in notitiam aliquoꝝ pncipioꝝ resoluat. vt gratia exempli. in hoc pn̄m. de puncto ad punctum contingit rectaʒ lineam ducere. ꝛ in diffinitionē ipsius trianguli. nō tm̄ vr̄ modus q̄ p̄dicta pn̄a i hāc dignitatē resoluāt. h q̄lʒ eē vl n̄ eē. ¶ Cōfirmat. q2 nulla scia spālr hʒ ɔsiderare dignitates. g° demrationibꝰ suis n̄ supponē dʒ q2 ē ipaꝝ. tʒ ɔña. ꝛ aũs est ari. pº poste. ¶ 3º. q̄lʒ p̄cognitio ē via p quaʒ p se dʒ acqri doctrīa vl' disciplia. sʒ notitia. q2 ē dignitatis n̄ ē hmōi. igit ꝛc. maior ē ari. i h p̄hemio. mior pbat. q2 notitia dignitatū cū sit vlīna n̄ pōt nos ducē i determinatā alicꝰ spālis ɔclōnis cognitionē. q̄. n. ē d se magis apta i vnū q̄ i aliū ducē. q̄ ꝛc. ¶ 4º si ps affirᵃ eēt va. pari rōne notitia p̄missaꝝ. pncipioꝝ pticulariū. ꝛ mediȷ demrationū p̄cognitio dici dʒ. pʒ ɔña. q2 cuiuslibet illoꝝ notitia reqrit ad acqrendaʒ doctri-

nam. sicut etiam noticia dignitatis. ꝯñs tñ est falsum. eo ꝙ tunc multo plures erunt precognitiones ꝙ̃ que sunt ab arist. numerate. ¶ Quinto contingit hoiem errare circa dignitates. sicut antiqui negantes illam. quodlibet est vel nō est. & tñ ꝯclōni assentire. que per premissas eius declararetur. si cui gratia exēpli. ꝑme ꝯclōni geometrie. q̃re &c̄. ¶ Sexto multe sunt demr̄ationes negatiue aut ducentes ad impo͂le qbus dignitates nihil videntur deseruire. vt pz. quare &c̄.

Ad oppositū

est arist. i. ꝓhemio libri poste. Et oēs eiꝰ expositores. ¶ In ista questione erunt duo articuli in primo determinabit q̃stio. & in scđo videbuntur varij modi r̄ndendi ad difficultatem ꝑmi argumenti principalis.

Quantum

ad pᵐ sit h̄ ꝑma distinctio. iste terminus ꝑcognitio dupliciter accipi pōt ꝑmo. large. & sic accipit̄ ꝓ qualibet cognitiōe que aliam cognitionem ꝑcedit ad ipsius productionem concurrens. & sic accipitur de virtute sermonis. scđo modo stricte. que sic describi pōt. ꝑcognitio est intellectiua cognitio: nō per ꝓcessum ꝓprie scientificū acq̄sibilis. ad acq̄rendā doctrinaz ꝑ se ordinata. an̄ totalē ꝓcessum ꝓ acq̄sitione eiusdem doctrine requisitū. qualr̄ noticiā ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ & cognitionez subi de quo passio ꝓbatur quo ad eē ipsius ꝑcognitionē dicere mus. Silr̄ cognitionē quid nōis passiōis & subi. Juxta quē intellectū vt cōiter asserit̄ arist. accepit ꝑcognitionē. in ꝓhemio ꝑmi poste. Dr̄ notanter intellectiua. q: lz cognitio sensitiua necessario ꝑcedat doctrinā in nobis acq̄rendā non tamen ad mentē ari. ꝑcognitio dici dz. Dr̄. 2º nō ꝑ ꝓcessū scientificū acq̄sibilis. ꝓp q̄dam demr̄abilia pnᵃ nō ꝑma quoruz cognitiōes nō ꝑcognitiōes stricte dici debent. Ultimo dr̄. an̄ totalē ꝓcessum. ad dr̄iam ꝑmissaꝝ demr̄abiliū & medij demr̄atiui nō per se noti. lz. n. ad notitiā ꝯclōnis tales ꝑmisse ordinent̄ & cognosci debeant tpe vel nā ꝑus. non tñ opz eaꝝ cognitionē eē ꝑcognitionē. Idē dico de medio demr̄atiuo non per se noto. Ex qbus īferr̄ ꝙ alicuius ꝑncipij formaliter ingredictis demr̄ationē cognitio ē ꝑcognitio appellāda. quod ē ꝯ quosdā modernos. pz. sic ī geoᵃ de cognitione illius ꝑncipij. quecunqz sunt equalia vni 3º sunt equalia inter se. sicut etiam in nālī ꝓhia de cognitione illius principij multa sunt corpa mobilia. Sequit̄ scđo. ꝙ ꝯtingens est alicuius demr̄ationis vnius ꝑmisse vel ambaꝝ cognitionē eē stricte ꝑcognitionē. pz vt ꝑus. in aliq. n. demr̄atiōe mathematica adducit̄ illa ꝓpō. ꝓ vna ꝑmissa. q̃cūqz sūt eq̄lia vni 3º. sunt equalia inter se. vt pz in ꝓpōne ꝑma geoᵉ. Sequit̄ tertio ꝙ ꝯtingens ē mediū demr̄atiuū stricte eē ꝑcognitū. pz vbi sit dignō oīno per se nota. vt aliquid hmōi. ¶ Scđa distinctio. ꝑcognitio duplr̄ in eius ptes distingui pōt. ꝑmo mō mālter. 2º mō formalr̄. mālr̄ quo ad ea circa q̄ talis ꝑcognitio versat̄: que sūt sicut dignitas passio & subz. & videbitur magis infra. formalr̄ vō distinguit̄ in qd ē. & qr ē. dr̄ aūt ꝑcognitio qd ē per quā cognoscit̄ qd ꝑ nomen significatur: sed qr ē distinguit̄. nā quedā ē ꝑ quam rem eē apphēdimus simplr̄. Quedā vō ē ꝑ quā sic vel sic esse complexe cognoscimus. ¶ Tertia distictio. dignitas duplr̄ accipi potest. vno mō stricte ꝓ ꝑncipijs oīo ꝑmis. q̄lia sunt illa duo: q̄dlz ē vel nō ē. de nullo silr̄ ꝯtingit eē & nō eē. 2º. vō accipit̄ magis large ꝓ q̄lz ꝓpōne ꝑ se nota & idemr̄abili absolute. & hoc mō dicereniꝰ ꝓpōnes illas eē dignitates. quecunqz sunt equalia vni. 3. sunt equalia inter se. pūctus ē cuiꝰ non ē pars. & sic vr̄ arist. accipe dignitatez ꝑmo poste. 1º ca. dicens ꝙ ꝑnᵃ. in 1ᵃ pte. oīs. n. dr̄atiua scia &c̄. ¶ Ad ꝓpoᵐ igit̄ arist. in hoc ꝓhemio accipit dignitatē large. & nō stricte. qđ est ꝯ quosdā modernos. & hoc vr̄ rōnabile. non. n. verisimile ē per ꝑcognitionē quia ē dignitatis solam intellexisse ꝑcognitionem illius ꝓpōnis. de quolibet dicitur esse vel nō esse. ¶ Preterea geometria presupponit ꝙ quecunqz sūt equalia vni tertio sunt equalia inter se. & per consequēs de ista propositione habemr ꝑcognitio. q: est. cuz sit absolute per se nota & indemonstrabilis. aut igitur illa est precognitio dignitatis. aut non. si sic habetur intentum. si non sequit̄ ꝙ Arist. fuit insufficiens in enumerando ꝑcognitiones. qđ non est dicendum. ¶ Quarta distinctio. habere de aliquo principio precognitionem q: est dupliciter intelligi potest. vno modo in actu alio modo in habitu. exemplum primi. vt si actu sciā ꝙ quecunqz sunt equalia vni tertio &c̄. exemplum secundi. vt si aliquando actu considerauerim super predicta propositione: & nunc in me reseruatus sit habitus per quem lz non actualiter considerē. si mihi tamen proponeretur statim sibi assentirem. ¶ Prima ꝯclusio. ad quācunqz propriam doctrinam acquirendam necesse est de aliqua dignitate precognoscere: q: est. probatur. q: doctrina proprie solum habetur de conclusione de qua habetur scientia. vt ex precedentibus pz. quelibet autem talis resolui debet in aliqua per se nota & indemōstrabilia. alr̄ esset processus in infinitū. q̃re opz ad quācūqz doctrinā habendā fieri resolutionem ad indemonstrabilia. aut igitur illa cognoscitur esse vera. aut non. si non. tunc consequenter non habebitur doctrina eo ꝙ ignoratis prioribus ignorantur posteriora. si sic tunc eorum cognitio erit precognitio appellāda. vt pz ex descriptione premissa. cum igitur illa sint dignitates. vt pz ex 3º notato. sequitur intentum. ¶ Secunda cōclusio. lz ita sit. non tamen oportet semper ante doctrinam acquirendam actualem habere precognitionem. q: est dignitatis. sed oportet actualem habere vel habitualem. Secunda pars conclusionis. pz ex precedenti. prima pars patet ex secundo articulo principali. ad actualiter. n. sciendum ꝙ triangulus habet tres sufficit actualiter scire triangulum habere angulum extrinsecum &c̄. cum habituali cognitiōe propositionum precedentium & vltimate principiorum indemonstrabilium a quibus dependet noticia illius conclusionis. pz &c̄. ¶ Tertia conclusio. d̄ dignitate cōplexa considerata non habetur precognitio quid nominis. intelligendo per precognitionem quid nominis ipsius descriptionez. pz. q: complexoꝝ ꝑfectoꝝ nō ē diffō qd nōis nec quid rei.

Quantum

ad scđm articulum. Sciendum ꝙ varij inueniuntur modi respondendi. quidam dicūt cōcedendo ꝙ de singularibus terminis dignitatem componentibus opz habere precognitionez. sed non tanq̃ eam qua vtatur demonstrator. de tali vero loqt̄ Arist. ¶ Contra vel dignitas ingreditur formaliter demōstrationem vel non. si sic. sicut opz habere precognitionem q: est actualem ipsius dignitatis qua vtitur demonstrator. sic etiam oportebit actualem habere precognitionem quid nominis terminorum ipsam componentium: qua etiaz demonstrans vtetur. Si vero dicitur ꝙ non sequitur ꝙ sicut non vtetur demonstrator actuali precognitione quid nominis terminorum simplicium dignitatis. sic non vlī opz precognitione q: ē ipsius. & sicut erit necessaria habitualis precognitio q: est ipsius. sic etiam habitualis ꝑcognitio terminorum componentium ipsam. quare responsio nulla. ¶ Alij dicunt concedendo ꝙ opz precognitionez habere quid nominis terminorum simplicium dignitatis. aristo. tamen de ipsa non facit mentionez. q: illa presupponitur a precognitione quia ē ipsius. ¶ Contra a simili non fienda erat mentio de precognitione quid nominis subi eo ꝙ ipsa presupponitur a precognitione q: est ipsius. quare responsio nō ē sufficiens. ¶ Item suffecisset ponere premissarum precognitionem eo ꝙ ipsaruz cognitio omnes alias precognitiones presupponit. ¶ Alij dicunt ꝙ non opz talem precognitionem quid nominis habere: eo ꝙ stat aliquem intellectū taliter esse dispositum. ꝙ si preponeretur ei ista dignitas d̄ quolibet dicitur esse vel non esse vel aliqua huiusmodi. si terminos intelligeret statim assentiret. & per consequens habebit precognitionem q: est ipsius. & tamen cū hoc stat ꝙ termini istius dignitatis ab eo non intelligantur. & sic cōsequenter non habeat ipsorum quid nominis precognitionem. ¶ Contra a simili sequitur ꝙ in scientia habita per inuentionem non oportet habere precognitionem quid nominis subi nec passionis. consequens videtur falsum & cōtra mentem arist. vt patet. consequentia vero tz a simili. dato enim ꝙ aliquis non intelligeret illos terminos luna vel eclipsis. adhuc tamen inuestigare posset intra se cām eclipsis lune. & per illā intra se ꝯcludere effectū. ¶ Diceretur forte ꝙ q̃uis nō hr̄et ꝑcognitionē qd nōis quo ad termi-

in articulo scdo quo ad scdam partē ipsius. ¶ Sim̄r dr̄ ad ꝯfirmationē. Quidam tn̄ tenentes oppositū dicunt ꝙ duplex est cōitas. quedā ē cōitas ꝑdicationis. qdam vo cāli tatis. ⁊ ꝯnr dn̄t ꝙ minus cōe cōitate ꝑdicationis ē ꝑfectius vt argumentū ꝓbat: sȝ minus cōe cōitate cālitatis non ē ꝑfectius. imo imperfectius. Deus. n. ē cōmunissimū cōitate cālitatis. ⁊ tn̄ est ꝑfectissimū. sil'r corpora celestia sunt his inferioribus in causando cōiora. que tn̄ sunt magis ꝑfecta. ⁊ sic contingit vt dn̄t de ꝑncipijs cōibus. qm̄ eorum notitia ad multaꝝ ꝯclusionum notitias effectiue ꝯcurrit. ad quas tn̄ conclusiones non concurrunt. quare ipsoꝝ notitia perfectioꝝ eē debet. ¶ Ad ꝯfirmationē vo dn̄t ꝙ dupliciter dicitur distincta notitia. vno mō distinctione obiecti. alio modo distinctione modi ꝓcedendi. Primo mō notitia conclusionis est distinctior notitia ꝑncipioꝝ. cum sit de obiecto distinctiori. Scdo mō noª ꝑncipioꝝ ē distinctior. cum sibi distinctius sine discursu assentiat intellectus. ⁊ ꝓpter hoc volunt ꝙ ꝑfectior sit noª ꝑncipioꝝ. Sȝ ꝯ hoc instat. nam ex r̄nsiōe p̄ma sequit' notitiam ꝑncipioꝝ simul eē ꝑfectiorē ⁊ imꝑfectiorem notitia ꝯclonis. quod implicat ꝯdictionem. ꝯn̄a ꝓbatur. ꝑncipia cōia sunt ꝯclonibus cōiora nō solū cōitate cālitatis. sȝ etiam cōitate ꝑdicationis. cuȝ igit' vt ipsi concedūt cōiora cōmunitate ꝑdicationis sint imꝑfectiora: ⁊ cōiora cōmunitate cālitatis sint ꝑfectiora: sequit' notitiā ꝑncipioꝝ cōmuniū simul eē notitia ꝯclonum ꝑfectiorē ⁊ imꝑfectiorē. ¶ Preterea ꝯcesso istis gr̄a argumēti ꝙ notitia ꝑncipioꝝ actiue ꝯcurrat ad notitias ꝯclonū ꝓducendas. qd̄ tn̄ multi ⁊ rōnabiliter negant. dn̄tes eam solum ꝯcurrere dispositiue. talis tn̄ notitia nō ꝑncipal'r sȝ solum instrumētali actiue ꝯcurret. quare non oporteBit ex hoc concludere vt sit perfectior. Ad plures. n. effectus ꝓducēdos ꝯcurrit motus celestis q̄ hō. ex hoc tn̄ non sequit' vt motus celestis sit hoīe ꝑfectior. imo neqȝ celum cū circūscripta intelligentia ē hoīe ꝑfectius vt quidam volunt. lȝ ad plures effectus nō tn̄ q̄ primum istrumētale agens ꝯcurrere videat'. ¶ Preterea cā vl'ior que est cā minus vl'i ꝑfectior debet in se alias causas virtual'r cōtinere. sic autem non ē de notitia principioꝝ. ad notitiam. n. ꝯclusionum ꝯcurrant intellectus agens. ⁊ possibilis. ⁊ discursus ipsius. nullum aūt horum virtual'r continet noª principioꝝ cōium. vt pȝ. quare ⁊c̄. ¶ Melius igit' erit dicere notitiā principioꝝ fore quādam innatam dispositionem. q: disponit' intellectus ad notitias vlteriores acquirendas. q̄ dicere ipsam eē cām actiuam vl'em. ¶ Contra scdam r̄nsionem arguit'. q: distinctio obi non minus fac' ad noᵉ ꝑfectionem. q̄ distinctio modi ꝓcedendi siue adhesionis intellectus. imo magis vr̄ facere vt ex supradictis pȝ. quare ꝯcedi dȝ notitiam conclusionis. que ē de obō magis distincto. q̄uis intellectus magis adhereat principijs. ceteris paribus notitia ꝑncipioꝝ absolute ꝑfectiorē. lȝ ꝯcedi possit econtra notitiam principioꝝ eē ꝑfectiorem scdm qd .s. merito certitudinis. ⁊ idepēdentie. vt dictum fuit in conclusione p̄ma. ¶ Ad tertiam rōnem dr̄ ꝙ ꝓbat scdam partem prime conclusionis. Sed q: ita argui pōt de noª p̄missarum demrāonis ꝓpter quid. ꝙ eēt contra tertiam conclusionem. ideo r̄ndet' ꝙ maior non est vl'r vera. Illud. n. solum est veꝝ de fine ꝑncipali. non aūt de fine scdario. nūc autem notitia cōclonum nō ē primarius sed scdarius finis noᵉ premissaꝝ. sed copulatio intellectus agentis nobiscū siue felicitas erit vltimus finis. ⁊ talis ꝯcedit' eē ꝑfectior noª premissaꝝ. non etiam est omnoda similitudo de principijs demrāonis respectu ꝯclonis. ⁊ principijs diffōnis respectu spēi. principia eni demrāonis in notitiam conclusiōis ordinant' in genere cause efficientis. vt cōmuniter dn̄t. principia vero diffinitiua in spēm ordinant' tanq̄ principia formalia ipsius. genus enim ⁊ dr̄ia sunt forme spēi. vt cōmuniter dici solet. quare ⁊c̄. ¶ Ad quartā rōnem lȝ dicat' ipsā arguere ꝓ determinatis in questione. quidam tn̄ tenentes oppositum dn̄t ⁊ bene. ꝙ intellectus nō quietat' in notitia ꝯclonis quando fuerit demrāta. sed q̄etat' cum .s. noª illius ꝯclusiōis iā acquisita fiat resolutio vsqȝ ad ꝑncipia ad se nota. ⁊ lȝ hec r̄nsio vera sit. adhuc tn̄ restabit dubium principale .s. in quo magis q̄etabit' absolute intellectus de rebus dubitabilibus. s. an in sola notitia principiorum. an ī notitia ꝯclonum que per illa principia fuerit acquisita. ⁊ certe dicendum ē ꝙ magis in notitia conclusionum. quare ipsa erit perfectior. ¶ Ad vltimam sil'r dr̄ ꝙ concludit ꝓ determinatis in questione. Dico tn̄ hic ꝙ nō frustra quieteret intellectus minorem ꝑfectionem lȝ in se quādam aliam contineret maiorem. quare ⁊c̄. ¶ Ad rōnes que sunt ꝓ parte affirmatiua. ¶ Ad primam dr̄ maiorem non eē vl'r veram. ⁊ presertim in causis formalibus. cum enim hō aīam ⁊ corpus aīatum eēntial'r ordinent'. aīal nāliter est homine ꝑus. ⁊ ipso imperfectius. ⁊ sil'r est dicendū de corpore aīato respectu aīalis. ⁊ idem in ꝓposito contingit. ꝯcesso eni gratia argumenti ꝙ notitie ꝑdicte inuicem eēntialiter ordinentur. se hn̄t sicut notitie cōiores ⁊ minus cōes. quare ⁊c̄. ¶ Ad scdam dr̄ ꝙ concludit notitiam principioꝝ ꝑfectiorem dici posse vt sic. siue scdm quid. Ut dicit conclusio prima. non tamen simpl'r. non eni veꝝ est ea que minus dependēt absolute eē ꝑfectiora. nā mā prima compositi minus ē depēdens q̄ ipsum compositum. cum compositum ab eē mae dependeat. ⁊ non econuerso. ⁊ tn̄ mā non absolute est perfectior cōposito. sed imperfectior ipso. ¶ Ad vltimum ꝯcesso añte negāda ē ꝯn̄a. vt ex ꝑdictis pȝ. Et sic ē finis q̄ōnis. ¶ Restabit vt in illa mā declaret' penes quid habet attendi perfectio scīe. Non eni penes obm. vt arguit' in q̄ōne. q: tunc scīa humana de deo eēt ifinite perfecta. ¶ Nec scīa de effectu sine cā eēt eque perfecta sicut cum cā. Neqȝ penes modum ꝓcedendi vel declarandi. q: tunc ꝯclō mathematica perfectius sciret' q̄ ꝯclō metaphysica. quod vr̄ falsum. sequeret' enim vlterius metaphysicā eē minus perfectam geoª. Neqȝ penes perfectionē potentie cognoscitiue. tūc. n. omnes notitie scientifice eēnt eque ꝑfecte. Neqȝ penes eēntialem perfectionem eius sm ꝙ ē res ꝑdicamēti. q: cum omnes sint in eadē spē qualitatis eēnt oēs eque ꝑfecte. Neqȝ penes maiorem idependētiaȝ. vel fictionē. vel intensionem: vel adhesionem intellectus. vt pȝ i questiōe. h̄ est locus considerationis subtilis.

¶ Nos autem dicimus neqȝ omnem scientiaȝ demonstratiuam esse sed imediatorum indemōstrabilem ⁊c̄. Questio. xvii.

Ueritur 17º. vtrū notitia demōstratiua debeat resolui vsqȝ ad principia prima. Et vr̄ non arguit'. q: si sic. fieret resolutio vsqȝ in dignitatem primā. cum autem prima dignitas in notitiam entis resoluat'. ens vero in primam cām. cum ipsa sit ens primū. sequit' ꝙ nō poterit aliqua notitia demrātiua haberi nō concurrente notitia p̄me cause. quod vr̄ falsum. geoª. n. pōt suaꝝ ꝯclonū notitiam habere. lȝ nihil de deo consideret.

In oppositum est arist. in textu. ¶ In ista q̄ōne recitabunt' primo quidam modi r̄ndendi q̄tum ad difficultatē argumenti principalis. ⁊ arguet' ꝯ ipsos. ¶ Scdo ponet' aliᵘ modᵘ respōdendi. ¶ Tertio breuiter r̄ndebitur ad quesitum.

Quantū ad p̄mū dixerunt qdā ꝙ ꝯclones in p̄missas resoluunt'. p̄misse in suppōnes. suppōnes in cōes aīe ꝯceptiōes seu dignitates. ⁊ tandē in illam dignitatē. quodlȝ ens ē vel nō ē. illa vo dignitas in ens incōplexū ⁊ transcendēter sumptū reduci hȝ. sup quo ipsa fundat' ens aūt in ens p̄ᵐ reduci hȝ. qd̄ ē p̄ia cā. ¶ Ex q̄ infert' ꝙ nihil pōt simpl'r sciri ignorato ente p̄mo. ⁊ per ꝯn̄s geoª si ignorat p̄ᵐ ens nō hȝ sciaȝ simpl'r. ⁊ hᵒ vr̄ velle cōmen. 7º meta. dicēs ꝙ nō pōt sciri h̄ q̄ditas sube ꝑtenlaris demrātiue ignorata p̄ia cā. Dn̄t tn̄ ꝙ nō opȝ q̄liter cūqȝ p̄mā cāȝ cognoscē. lȝ ipsā suffic' cognoscē q: ē. siue ꝙ ē tal' effectᵘ cā. Diceret tn̄ isti ad formā vltime rōnis ꝙ lȝ notitia primi principij tandē in notitiā p̄ie cāe resoluat' nō sequit' vt illud primū principiū complexū demret'. ¶ Cōtra opinionē istā ar. ꝓbādo ꝙ ens cōmuniter in quod resoluit' illud principium. quodlȝ est vel non est. non resoluitur in causā primā resolutione pertinente ad demrātionē de q̄ loquimur

hic primo sic. ois resolutio q̄ fit via nostre notitie distincte est in aliquid absolute prius. sed nō prior est prima causa q̄ ens. ergo ens in primam cāz resolui nō dz. ita vt notitia entis in notitiam prime cāe sit resoluenda. maior de se pz. minor probat. qr si prīa cā sit prior ente. ⁊ oē prius stat eē sine suo posteriori absq̧ cōtradictōe. tunc stabit deum eē nullo ente existe. qđ īplicat cōtradictionē. ¶ Confirmat. p Ari. in predicamentis. vbi dicit q̧ prius est illud a quo nō conuertitur subsistendi ɔ̄sña: sed seqt. prima cā est. ergo ens ē. ⁊ ñ ecōuerso. nisi gratia materie. ergo pria cā nō est prior ente. ¶ Scđo arg. sic ois resolutio p viā demōstrationis est in aliquid nobis notius: sed prima cā nō est notior ente. ergo ⁊c. maior pz ex dictis de mente Ari. minor pbat. itellectus nō pōt intelligere nisi intelligat ens. cū ens sit obz adequatū intellectus de mēte auic. in metaphysica sua. sz intellect⁹ pōt intelligere nō intelligēdo primā cām. qr de⁹ nō a nobis itelligit nisi difficulter ⁊ reflexe p cognitionē effectus. Dicit pħs primo meta. q̧ intellectus nr̄ se hz ad māifestissima nrē sicut oculus noctue ad lucē diei. quare pria cā nō erit notior ente. ¶ Tertio ar. sic sic se hz ens ad primā cāz. ita illud principiū quodlz est vel nō est. ad primā cāz eēīz ens nō est primū incōplexū: sz pria cā p opinionē. ergo quodlz est vel nō est nō erit principiū cōplexū: sz pria cā est. maior pz a sili. ɔ̄ñs tñ est falsum. vt pz de mēte ɔmētatoris. tertō de aīa. Probat ēt rōne. qr primū ɔplexū siue dignitas prima ē ppō ide infabilis. ⁊ maxia ppō quā nece ē quēlz docendū hre. ⁊ oēs alias p̄cedēs. vt in p̄cedentibus habitum fuit. talis āt nō est illa. pria cā est. ergo ⁊c. minor pbat. illa n. demrfatur. 8. phyſi. ¶ Itē cōceptus dei nō ē ɔcept⁹ cōīssimus sz spālis. q̄re nō est nece quēlibet docēdū hre ipam. neq̧ ɔceptus dei alios p̄cedit. qr tūc eēt adeq̄tū obm intellectus. ⁊ p ɔ̄ñs illa ppō non est oibus alijs prior. ¶ Scđs modus rñdendi quorūdā modernoꝝ p̄mittit hāc distictionem. Deū eē primū ens duobus modis itelligi pōt. vno mō primū p̄mitate eēndi. scđo mō primū p̄mitate cognoscēdi. ¶ Cōñr infert hec ɔclō. deus ē pri^m ens p^o. sed non scđo mō. Prima pars pz fm oēs. Scđa pbat. qr non oz deū primo cognoscere. vt ex predictis pz. ¶ 2^a ɔclō. ens ⁊ dignitates sunt pria principia cognoscēdi. pz ex dictis. ⁊ iō in demrfatōibus illa prio cognoscunt. ⁊ his ignoratis ō nullo pōt hri scia. ¶ Ad auctē vo ɔmētatoris q̄ fundat opinio p̄cedēs. rñdent q̧ verū est q̧ nō pōt sciri hec suba pticularis ignorata pria cā. cū hoc tñ stat q̧ possum scire sortē eē risibilē ignorata pria cā. Ad scire. n. sortē simplr. nece ē scire qd est. ex q̇b⁹ est. a quo ē. ⁊ ppter qd est sor. Sed hec nō pfecte sciunt nisi sciat prima cā. Sed ad scire sor. eē risibilē nō oz scire a quo est sor. vel pp qd est sor. sed oz cognoscere qd est de subo ⁊ passione. ⁊ de subiecto qa ē. vt patuit i pħemio. Silr dicunt in mathematicis ɔtingere. qa ad sciētifice cognoscendū triangulum absolute reqrit cognoscere qd sit. a quo ē. ⁊ propter qd. Sed hec nō perfecte cognoscunt ignorata prima cā. Ad scire vero triangulū hre. 3. angulos illud nō reqrit: sed suffic habere p̄cognitō es subi. ⁊ passionis. de q̇b us in pħemio dictū fuit. ¶ Cōtra istū modum instat. ⁊ primo ɔtra ɔclōnē primā. qa si deus sit primum p̄mitate eēndi. tūc eēt prius ente trāscēdēter sumpto ɔ̄ñs est falsum. qa tūc valeret illa ɔ̄ña ens est. ergo de⁹ est ⁊ nō econtra. qđ est falsum. ɔ̄ña tz per fundamentū suum. ¶ Scđo. sicut se hz res ad eē ita ad pfecte cognosci. sz de⁹ est primū ens in eēndo. ergo erit primū in perfecte cognoscendo. qđ tñ est ɔ ipsum. ¶ Tertio. ex opinione seqt q̧ sic resoluit demōstratio quia. in priora in cognoscendo q̄uis non in essendo. talis enī est resolutio demonstrationis propter quid fm hanc opinionē. ⁊ p ɔ̄ñs in hoc nō dīnt p̄dicte demōstrationes. Hoc tñ videt ɔtra mentez Aristo. vbi diffiniens demonstrationē simplr dic. q̧ ipa est p priora non solū mō intelligendo ⁊c. Per idē argumētū pbaretur q̧ in hoc nō eēt dīa inter dialecticū ⁊ demōstratorez. eo q̧ vterq̧ resolueret in priora in cognoscēdo tm̄. ¶ 4^o arguit vbi dicit q̧ ad scire sortē eē. siue sortē absolute reqritur cognitio prime cāe. nō aūt ad scire sortē eē risibilē. ɔtra qa scire sortē esse risibilem presupponit scire sortem esse. q̄re nō perfecte poterit cognosci sortem esse risibilem nisi p fecte sciat sortem esse: sed hoc esse non potest sine cognitione cāe prime. ergo per idem sor. eē risibilem non perfecte cognosci poterit sine cognitione prime cāe. cuius oppositū ipse dixit. ¶ Confirmat. ad perfectam cognitionem illius. sor. est risibilis. reqrit cognitio sor. ⁊ cognitio risibilis: sz ad scire sortem reqrit cognitio prime cāe. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. qr sic eē rei simplex vt sor. ex omni gñe cāe depēdentiam hz. ita ēt aliqua passio ex quatuor causis in eē dependet ⁊ per ɔ̄ñs nō poterit illius passionis pfecta notitia haberi per demōstrationem simplr ⁊ potissimam nisi per omnes eius cās: sed hoc fieri nō poterit ignorata cā prima omnino que est primum efficiens ⁊ vltimus finis. quare ⁊c. Hoc tamen videt ɔtra hanc opinionem.

Quantum Ad 2^m fit primo hec distinctio. licet multis modis aliqd dicat alio pri⁹ vt pz p ari. in p̄dicamentis. tñ vt pposito spectat duob⁹ modis. accipi pōt. vno modo scđm cāsitatē. Alio mō. qr ē illud a quo nō cōuertit subsistendi ɔ̄ña. Exēplū primi. sicut mā ⁊ forma sunt priora cōposito. Exēplū secundi. sicut animal dicimus hoie prius. cū sequat. hō est ergo animal ē. ⁊ nō ecōuerso nisi gr̄a mā̃e. Talis vo prioritas que inter supius ⁊ inferius reperit potius prioritas rōnis q̄ realis dici dz. Eadē. n. res ē aīal ⁊ hō. ⁊ tamē dicimus aīal eē hoie prius sicut sortē ɔsideratū vt aīal diceremus prius se ipō fz q̧ hō. Prius aūt cāsitatis quatuor modis distingui pōt. fm q̧ ēt cā in. 4. genera cāꝝ distingui habet. Ex hac distinctiōe infertur deū nō esse quolz alio ente prius scđo mō. nō. n. seqt. suba est. ergo deus est. sed potius ecōtra. ¶ 2^a distinctio. deū eē cāsitate primū alioꝝ duobus mōis itelligi pōt. vno mō. qr q̇buscunq̧ indiuiduis realiter ab eo distinctis deus est prior. scđo mō qr absolute oibus prior siue ɔsideratis p modū indiuidui. siue p modū gñis. vel spēi. Prio mō oz ɔcedi. Quodlibet. n. aliud indiuiduū ab eo depēdet tanq̄ a cā efficiēte vel cōseruāte: q̄ tñ ē depēdētia cāe efficientis. ⁊ tanq̄ cā finali vltimata. Scđo vo mō nō oz cū. c. suba ō deo p̄dicat tanq̄ supius de suo inferiori sit realr ipe deus. nō dicere possumus deū eē illa suba cāsitate priorē. pt aūt ɔcedi q̧ est ipa posterior non primo sed secundo mō prioritatis. eo q̧ deus vt substantia est se ipso prior fm q̧ deus illo modo prioritatis. ¶ Sed dubium est quid de alijs generibus ⁊ speciebus dici debet que de ipō non predicantur. nunquid sint eo priora vel posteriora primo vel secūdo modo. Dicitur q̧ sunt eo priora primo modo. sed secūdo modo neq̧ priora neq̧ posteriora dici debent. non. n. sequitur formaliter. animal est ergo deus est. neq̧ ecōtra. ¶ Secundo dubitatur. cum in causis efficientibus ⁊ finalibus sit dare causam magis vlem ⁊ minus vlem fm p̄dicationem nunquid causa efficiens vel finalis cōior ipō deo sit dicenda prior vel posterior ipō. Dicitur q̧ primo modo non est prior deo neq̧ posterior. Est enim idem realiter cū ipō. Sed secundo modo potest dici prior. sicut ipe deus fm q̧ motor absolute prior est seipso fm q̧ prim⁹ motor hoc modo prioritatis. ¶ Tertia distinctio. in demōstrationibus siue in doctrinis fieri resolutionem in aliqua priora dupliciter intelligi potest. vel in priora in cognoscendo tm̄. vel in priora in essendo. Exemplum primi. sicut cōtingit in demonstratione quia. Exemplum secundi. sicut in demonstratione propter quid. in qua fit resolutio effectus in suam cām. ¶ Quarta distinctio q̧ in talibus fiat resolutio in priora in essendo dupliciter contingere pōt. vno mō in priora ordine cāsitatis. alio mō in priora scđo mō prioritatis prius dicto. Exemplum primi. sicut notitia propter quid compositi in notitiam materie ⁊ forme resolui habet Exemplum secundi. sicut notitia hominis in notitiā animalis resoluitur. Et pformiter fm quādā silitudinē dici pt. p positiōes geometrie in sua prin^a resolui eo q̧ sūt cōiora ipsis q̄uis forte q̄dā eoꝝ nō se hēnt sic supiores ⁊ iferi⁹. ¶ 5^a distinctio notitiā intellectiuā in aliā notitiā intellectiuā resolui dupliciter ordine cōtingere pōt vno modo ex pte apphēsionis absolute. alio mō ex parte credulitatis. siue adhesionis itellect⁹. Ex pte apphēsiōis. sicut notitia cōplexa resoluitur

in notitiã incõplexi. Nõ enĩ põt intellectus cõplexe apprehendere sic eẽ vel sic: vt puta hominẽ eẽ risibilẽ. nisi hominem ꝛ risibile simpliciter apphendat. Ex parte adhesiõis. sicut conclusiones geometrie in eius principia resoluuntur quĩ intellectus. firmius ꝛ certius est aptus illis adherere ꝙ̃ ꝯclõnibus. Ex quo infert ꝙ resolutio qua ꝯclões ꝛ ꝑmisse in principia prima resoluunt. ꝛ tandẽ in primã dignitatẽ. ꝛ resolutio qua prima dignitas in ens resoluit: nõ sũt resolutiões eiusdẽ rõnis sed diuersarũ rõnum. Suppono vlterius ꝙ tam ex pte apprehensionis ꝙ̃ ex pte adhesiõis intellectus resolutio ẜm ordinem doctrine tãdẽ terminari dꝫ in ea que sunt cõmunia. Prima pars pꝫ. cum vlia sint intellectui notiora. ꝛ apprehensio magis vlis virtualr̃ includitur in apprehensione minus vlis. ẽt ens est obiectũ ꝑmũ intellectus. Scda vero pars pꝫ. cũ intellectus firmissime adhereat huic principio. quodlibet est vel nõ est. neqꝫ alteri põt firmius adherere. Sed illud principiũ est cõmunissimũ. cum immediate super ente fundet. vt pꝫ. quare ꝛc̃. ¶ Ex quo sequitur ꝙ notitia entis nullo mõ resolutõis resoluit in notitiam pme cãe. Probaẗ. n. resoluit quo ad apprehensioẽ absolute. cũ ens sit notissimũ intellectui. ꝛ ab ipso ad deũ nõ conuertit subsistẽdi. ꝯña. neqꝫ deus nisi valde difficulter ab humano intellectu cõprehẽdi põt. ens vͦ valde facilr̃. neqꝫ resoluit quo ad credulitatem. q: sup incõplexo nulla potest credulitas fundari. ꝛ si posset multo firmior eẽt credulitas entis absolute ꝙ̃ dei. sicut ẽt firmius adheret intellectus huic principio. quodlibet est vel non ẽ. ꝙ̃ huic ꝓpõni. deus est. ¶ Ultimo ꝑmittiẗ hec distinctio. De ꝯclõne demſatõis aut ꝑmissis ipsius ꝛ vlr de re scita dupliciter potest haberi notitia siue scĩa perfecta. vno mõ simplr̃. s. quo ad omnes ipsius cãs per se. tam remotas ꝙ̃ propinquas. ꝛ ꝯñter quo ad omnia per se predicata ipsius Scdo mõ perfecta scdꝫ quid siue perfecta in genere. Exẽplũ primi. vt si hominẽ cognoscã per omnẽ eius formã ꝛ materiã per se. siue ꝓpinquã siue remotam. Item per oẽs eius per se causas efficiẽtes ꝛ finales. propinquas ꝛ remotas. Et ꝯñr notitiã habeã scientificã de oĩbus eius per se ꝑdicatis. Exemplũ secũdi. vt si de forte notitiam habeã scientificã per oẽm eius cãm materialẽ tantũ aut formalem: aut vtrunqꝫ cognoscendo ipm per intrinseca tantũ. Hec igitur diceẗ scdm qd perfecta q: solũ esset ꝑfecta ẜm vnum genus cãrũ. vel duo a quibus depẽdet. Diceret etiã ẜꝫ quid perfecta. si ẜm determinatũ modũ cõsiderationis haberetur. Ut vbi gratia. si geometrice tñ. aut naturaliter tñ cõsideret. Notitia. n. geometrica aut naturalis ꝙ̃tũcunqꝫ ĩ eadem scĩa ꝑfecta hẽatur: simplr̃ ꝑfecta dici nõ dꝫ. Quoniaꝫ ad determinatã restringit cõsideratioẽ: que in tali scĩa hri dꝫ. ¶ Sed dubitaẗ de his q̃ nõ habẽt quattuor cãs. sicut intelligẽtie que nõ proprie ꝯponunt ex materia ꝛ forma. nũ qd haberi possit scĩa simplr̃ ꝑfecta ꝺ ipis. ¶ Rñdeẗ ꝙ sic q: sufficit ꝙ habeaẗ per oẽs earꝫ cãs per se. a quibus depẽdentiã hñt. Nota tñ omni cõiter dr̃ aliquã notitiã siue sciaꝫ esse simplr̃ ꝑfectã. intelligi eẽ simplr̃ ꝑfectã in relatione ad oẽs notitias q̃ de illa re vel illa cõclusiõe ab humano intellectu hri possunt. Perfectissima. n. notitia que ab humano intellectu de triangulo hri põt minus ꝑfecta est ꝙ̃ perfectissima que põt de homine haberi. Dico ẽt ab humano intellectu. qm̃ sola notitia qua deus se ipm cognoscit. ꝛ alia a se ipso est absolute simplr̃ perfecta appellãda. Et per ꝯñs nulla humana notitia ẽ absolute appellãda simplr̃ ꝑfecta. Sꝫ limitari dꝫ cõis modus loquendi iuxta sensum expressum. ¶ Prima ꝯclõ. in quocunqꝫ genere põt ꝺ aliqua re haberi scientia perfecta scdꝫ qd per resolutionẽ vsqꝫ ad ꝑ se nota. nõ ꝯcurrente notitia prime cãe. Probaẗ ꝛ primo de cã formali ꝛ materiali vr̃ notũ. Possum. n. de hoĩe notitiã hr̃e ꝑfectã ꝑ eiꝰ intrinseca. s. ꝑ materiã ꝛ formã resoluẽdo vsqꝫ ad ea q̃ sunt in suo gñe per se nota. ꝙ̃uis nullã haberẽ notitiã ꝺ ipius cã efficiente aut finali aut saltẽ nõ de oĩbus talibꝰ eius per se cãis. Probaẗ ẽt de efficiẽte ꝛ finali. de quo minus vr̃. Possum. n. hr̃e sciam huius ꝯclõnis. ignis ẽ rarefactiuus ꝑ hoc ꝙ ẽ calefactiuus. ipsum aũt eẽ calefactiuum cognoscã per sensum ꝛ expientiã. Et sic nõ oportebit hanc notitiã scientificã in cognitionẽ prime cãs reducere. que difficulter a nobis cognosci põt. Idẽ etiam videẗ de finali cã ipsius ignis aut alterius rei naturalis. ꝛ sic de alijs multis exẽplificari põt. ¶ Sed diceret aliqs. nunqd talis notitia sit dicenda simpliciter ꝑfecta in gñe cãe efficientis. ꝛ videẗ ꝙ nõ. q: si de igne hr̃etur notitia quo ad oẽs causas efficientes a quibus dependet. illa eẽt ꝑfectior prima quare ꝛc̃. ¶ Rñdetur ꝙ non. vt argumentum probat. Põt igitur dici perfecta in genere cãe efficientis pro ꙙ̃to in genere illo fit resolutio vsqꝫ ad per se nota: sed non erit simplr̃ perfecta in genere illo. ¶ Secunda conclusio indeterminata scĩa põt alicuius conclusionis haberi notitia perfecta simplr̃ quo ad illam sciam. nõ habita tamen notitia prime cause. Probaẗ q: vbi aliqua conclusio geometrie demonstreẗ ꝑ ꝑmissas que resoluũtur vsqꝫ ad prima principia geometrie. illa scietur ꝑfecte simplr̃ geometrice. Ad quã tamen notitiam nõ requiritur notitia prime cãe. ergo ꝛc̃. tꝫ consequentia. ꝛ assumptum videẗ notum. cum. n. geometrice demonstrationes per solam cãm formalem procedant: vt pꝫ ex cõmentatore primo phycorum possibile erit vt nulla habita notitia prime cãe conclusio geometrie probetur ꝑ cãm formalem natura priorem donec tandem ad per se nota in eadeꝫ scĩa deueniaẗ. Et sicut arguitur de cõclusione geometrica. sic de multis alijs argui potest. ¶ Ex cõclusione correlarie infertur: ꝙ suppositiones ꝛ cões animi cõceptiones geometrie quo ad perfectã notitiam geometricã alicuius conclusionis habendã nõ sunt resoluende in notitiã prime cãe. Patet ex ꝑdictis. Et hoc est contra opinionẽ primã recitatam in articulo primo. ¶ Tertia cõclusio. ad perfectã notitiam simplr̃ de aliquo causato hñdam dꝫ habere notitiam prime cãe. probaẗ. q: quodlibet cãtum a prima cã essentialiter dependet quare nullum causatum poterit ꝑfecte simpliciter cognosci cognitiõe sciẽtifica nisi cognita prima causa Et sic videẗ cõclusio vera. ꝯña ꝛ añs videnẗ de se manifesta. ¶ 2ͦ arguiẗ sic. inter cãs efficientes ꝛ finales totius vniuersi est ordo quidam essentialis. ẜm quẽ aliqua cã est prior ꝛ aliqua posterior in eodẽ gñe cause. ꝛ ꝑ ꝯñs ad ꝑfectã cognitionẽ simplr̃ cãe posterioris regrereẗ prioris cãe cognitio. deẗ igitur. a. causatũ. sicut ignis. aut triangulus vel aliqd simile. ꝛ sequitur cũ tale causatum essentialiter a celo dependeat. nõ poterit simplr̃ perfecte cognosci nõ habita cognitione celi. celũ aũt cũ ab intelligẽtia sibi appropriata ꝺpendeat. sine illius cognitione nõ poterit perfecte cognosci illa vero intelligẽtia nõ perfecte cognosciẗ non cognoscẽdo intelligentiam superiorem. Et sic tandẽ ad vltimam intelligentiam deueniemus que est ipse deus. Quare resoluendo notitiam posterioris cause in notitiam prioris in genere cause efficientis vel finalis. tandem ad cognitionem dei deuenire dꝫ. Et sic videtur conclusio vera. ¶ Ex conclusione infertur ꝙ illa conclusio. triangulus habet. 3. non perfecte simpliciter scietur. nisi triangulus per omnes per se causas cognoscatur donec tandem ad cognitioneꝫ cause prime deueniatur. pꝫ. cum triangulus a deo dependeat. tanꙙ̃ a causa efficiente vel conseruante. ꝛ tanꙙ̃ a causa finali vltimata ipsius. ꝛ aliarum rerum. quare ꝛc̃. ¶ Sed hic dubitatur ad quam scientiam pertinebit illa perfectissima cognitõ que de triangulo habebitur tunc. Non enim pertinere videtur ad metaphysicam qm̃ ipsa non habet specialiter considerare huiusmodi conclusiones speciales. neqꝫ ad geometriam cum solum procedat per formalem causaꝫ vt patet per commentatorem loco allegato. neqꝫ videtur alia scientia ad quam pertineat illa consideratio. ¶ Ad hoc mihi apparet dicendũ. ꝙ ad nullã solũ illa cõsideratio ꝑtinebit: sed ad metaphysicũ naturalẽ ꝛ mathematicũ simul. ꝛ silr̃ ad alias si alique erũt alie scie ad hoc iuuãtes. ¶ Quarta cõclusio: lꝫ ꝑcedẽs ꝯclusio vera sit. nõ tamen qñcunqꝫ in resolutõe alicuius notitie sciẽtifice deueniẗ ad notitiã pme cãe ibi terminaẗ resolutio intellectus. ꝓbaẗ. primo. q: pña cã nõ est intellectui notissima Resolutio vero ad notissimum terminari dꝫ. quare ꝛc̃. 2ͦ. q: resolutio ẜm naturã intellectuã ꝑ cõia procedit quousqꝫ ad cõmunissima deueniaẗ q̃ sunt sibi notissima vt pꝫ ꝑ suppositionẽ ꝑmissam. Sꝫ pria

ad cā sit vnum individuum: vel spēs specialissima. nō ē cō-
muniissimum quare 7c. Ex quo infert φ notitia prime cāe
vlterius resoluēda erit in notitiā aliam cōiorem: vel cāe effi
cientis vel effectus ipsius donec ad per se nota deueniam⁹
¶ Quinta cōclusio. lʒ pfectissima notitia causan in notitiaʒ
prime cause sit resoluenda. nō tamen hoc fieri dʒ per reso-
lutionem in principiorum cōium in cāis. ¶ Probat sic. qr si op
positum eēt verum maxime contingeret vt dicūt tenentes
oppositum. qr notitia entis resoluitur in notitiaʒ prime cāe.
¶ Sed φ hoc sit falsum ar. omnis resolutio notine sit in id
qđ est notius 7 prius. deus aūt nō est notior ente. vt pʒ. nō
etiam prior vt pʒ ex di. 2. q: neqʒ cāitatis. cū ens pdicet ꝺ
deo. neqʒ tanq̄ȝ illud a quo nō cōueniatur subsistendi pñs.
sed potius econtra. vt pʒ quare 7c. Fiet autem resolutio in
ipsam iuxta modū dictum in probatione tertie cōclusionis.

Quantū ad tertiū sit prima pclō: qlibet notitia demonstratiua alicuius scientie i aliqua
prin⁹ vel in aliquod prin^m eiusdeʒ scientie resolui dʒ qua in
ipsa demonstrari non pñt. ¶ Probatur sic: detur. a. pclō q̄ p
detur p. b. c. pmissas. 7 q̄rit nonquid ipe sint in eadē scien-
tia demōstrabiles: vel saltē altera illarū vel non. Si nō ha-
betur intentum: qr tunc erunt illius scientie prin^a. si sic. que
rendum erit de premissis ex quibus ambe demōstrantur
vel altera illarū: nunqd sit demrabilis vel nō. 7 si sic pñr q̄
ritur de aliis pmissis. Et sic vel oportebit eē pcessum in in
finitum in talibus notitiis p se inuicē ordinatis: qđ est impos
sibile. vel oportebit ad aliquā primā aut aliquas primas no
titias deuenire aliquorū principiorū in eadē scia. Illa vero
in eadē scia nō demrari poterūt vt probatū est. 7 pʒ ꝺ mē
te cōmentatoris. p. 1 no phy. cū dicit φ principia scie nō de
mōstrantur: qr nʒ propter quid. 7 sic habebitur intentum.
¶ Scda pclusio: lʒ ita sit. stat tñ vt principia alicuius scie in
altera scia demonstrent: pʒ sicut de illa. de puncto ad pun
ctum contingit rectam lineā ducere. que est principium geo
metrie. 7 tñ demōstrat. 6. phy. Astronomus ēt 7 pspecti
uus multis vtit pclusionibus geometrie tanq̄ȝ principiis i
scia sua. vt pʒ inspicienti. Ex quo infert φ lʒ resolutio intel
lectus ad talia principia terminetur quo ad talē sciam i qua
sunt principia. non tamē absolute ad illa terminat. Sequitur
vlterius φ lʒ talia principia possint principia prima sue scie
dici: non tamen sunt principia pria absolute. ¶ Tertia pclu
sio: q̄lʒ notitia demratiua vltiate resolui dʒ in pricipia abso
lute idemrabilia pbatur. qr per primā pclusionē notitia de
mratiua in aliqua principia eiusdē scie resoluitur in qua talis
notitia demōstratiua hʒ. Aut igit illa principia sunt absolu-
te indemōstrabilia. aut non. Si sic habet intentū. Si nō ꝺ
monstrabunt ergo in alia scia supiori. Et tunc q̄renda erit
de his p que demonstrant. vtrum per alia absolute demō
strari possunt. aut nō. Et sic vel erit processus in infinitū in
hmōi principiis vel oportebit ad aliqua principia absolute
deuenire. ad q̄ tandē resolutio terminet doctrie demōstra
tiue. ¶ Quarta cōclusio nō oʒ vt omnium principiorū ali-
cuius scientie notitia directe resoluat in notitiam illius prin
principii: quodlʒ est vel nō est. Intelligo aliquod principiū
directe resolui in alterū qñ per alterū illorū alterum demō
stratur: vel aliomō scientifice pbat. Hec cōclusio euidens
vi de se. qr nō apparet nobis modus quo hoc principium
geometrie: q̄cūqʒ sunt equalia vni 3° sunt equalia inter se.
aut illud principiū: circa datū punctū quodlibet spacium oc
cupando circulū designare cōtingit. demōstret: aut quouis
mō scientifice pbetur per illud: quodlibet est vel nō ē: quare 7c. ¶ Et si querat quare igit est principium primuʒ. 7
quare cōiter dicit per ipm alia principia roborari. Dicit φ
hoc ideo ptingit: qr per ipm tanq̄ȝ notissimum 7 certissimū
dispont 7 habituat intellectus. 7 pñr habilitat p ipm ad
aliis principiis assentiendum. ¶ Itē qr per ipm disponit
intellectus ad nō simul assentiendum oppositis: 7 per pñs
ad sciendum alia principia. si enim intellectus non solū hu
ic principio assentiret. quecunqʒ vni tertio sunt equalia i ter
se sunt equalia: sed etiam per poēe crederet vel dubitaret
op^m posse eē: non perfecte sciretur ab eo tale principium.
¶ Tertio qr cognitio entis virtualr includit in cuiuscunqʒ

rei cognitionem. cum ens sit primum obiectū intellectus.
Notitia vero primi principii super ente fundat. 7 in notiti
am eius resoluit: vt pʒ ex precedentibus. Et propter hoc
dici communiter solet φ illud principium omnem demon
strationem virtualr ingredit. formaliter vero nullam. Ex
quo pʒ φ concedi potest alia principia aliquo modo resol
ui posse in primam dignitateʒ.

His visis rndetur ad rationem principalē. ¶ Et primo dicitur φ non semper oportet
vt suppositiones 7 cōes animi conceptiones directe resol-
uant in primam dignitatem. 7 p hoc vr primam pclusio-
nē nō valere. ¶ Scdo dicit φ illo cōcesso gratia argumē
ti resolutio dignitatis in ens. 7 aliorum principiorum in di
gnitatem sunt resolutiones diuersarū rōnū. Prima enim ē
resolutio quo ad apprehensionē absolute. Secūda vo quo
ad assensum intellectus: 7 quo ad hanc resolutionē stat i di
gnitate tanq̄ȝ in tertio vltimo. eo φ nulli alteri potest firmi⁹
adherere intellectus. Lʒ igitur verū esset ens resolui in pri
mam cām nō sequeret requiri notitiam scientificam prime
cāe ad notitiam pclusionū propter varietatē illarum resolu
tionum. ¶ Tertio dico falsum eē φ ens resoluatur i pmā
cāmʒ. sine φ notitia entis absolute resoluatur in notitiā prie
cāe. sicut ex dictis est manifestū. ¶ Ad auctoritatē vero cō
mentatoris super que fundabat opinio prima. dr φ verū
est φ quiditas sube particularis non potest sciri notitia sim
pliciter perfecta ignorata prima cā. 7 hoc est concessum in
qōne. Et sic sit finis qōnis ad laudem dei. Amen.

¶ Circulo quoqʒ φ impoēe sit demōstrare simpliciter manifestū est 7c. Qō xviii.

ecimooctauo querit. vtrum poēe sit circu-
lariter demōstrari. Affirmatiue ar. primo sic
poēe est per effectū cām demonstrari. 7 cō
uerso effectum p cām. ergo 7c. tʒ pña. 7 as-
sumptum pʒ. qr primi phi p eclipsim lūe sen
su pceptā inuestigauerūt. 7 pñr demōstrauerūt ipius cām
postea vo ex cā demrauerūt eclipsim quare 7c. ¶ Item
Ari. 8. phycorū ex ppetuitate motus videt demōstrare pri
mum motorē eē: 7 cōuerso. ¶ 2° effect⁹ sūt notiores quo
ad nos: 7 per pñs p eos poterūt cāe demōstrari. Cāe vo
sunt quo ad nām notiores. quare per ipsas poterūt demō
strari effect⁹. 7 sic erit demōstratio circularis. ¶ 3° i quolʒ
gñe cāe pōt fieri demonstratio: sed cōtingit vt. a. sit cā. b.
7 cōuerso. ergo cōtingit demōstrari. a. p. b. 7 econuerso.
maior est Ari. 2° posteriorū. minor est eiusdē 2° phy. 7 xi°
metaphysice. vbi vult φ cāe sunt sibi inuicē cāe. nā deam-
bulatio est cā sanitatis in gñe cāe efficiētis. 7 sanitas est cā ꝺ
ambulationis in gñe cāe finalis. ¶ 4° ar. nō solū in diuersis
gñibus cārū sed eodē dari demonstrationem circularem:
nā ex deambulatione demonstrari potest sanitas: 7 cōuer
so: vt in argumento pcedenti dictum fuit: sed sanitas ē fina
lis cā deambulationis. 7 econuerso. ergo 7c. Prima pars
minoris pʒ per phm loco prius allegato. secunda pars pro
batur. cum. n. sanitas complexionalis non sit aliud q̄ȝ bona
complexio. talis aūt ordinatur in operationes tanq̄ȝ in finē
vt pʒ de mente Auicē. prima primi. pñr ordinabitur in opa
tionem motiuam siue deambulatiuā. quare 7c. ¶ 5°. ex
vapore demratur pluuia. 7 cōuerso. 7 hoc in eodeʒ gñe
cause ergo 7c. añs pʒ de mente. Aristo. secūdo huius. pro
batur etiam ratione. qr ex vapore fit pluuia. quare ex ipō
tanq̄ȝ ex causa materiali poterit demōstrari. Similiter cō
uerso ex pluuia fit vapor. quare ex ipsa tanq̄ȝ ex materiali
causa poterit demonstrari. quare. 7c. assumptum pʒ prio
meta. ¶ 6° vbi. a. effectus demonstret per. b. causam po
terit idem effectus per. c. causam demōstrari. sic vt fiat no
tior. b. vt ex precedentibus patet. quare cum. a. factus erit
notior. b. poterit cōuerso. b. demonstrari p. a. quare 7c.

In oppositum ē ari. p° posteriorū: i illa pte circulo quoqʒ φ ipoēe sit ꝺ
mrare. ¶ Arguit ēt rōne. qr data dmratōe circulari seqre
tur φ idē eēt eodē notius 7 ignotius. qđ eēt pri⁹ 7 posteri⁹

ipso. ⁊ idem a seipso dependeret. Iste conclusiones videntur impossibiles. Si enim a esset notius. b. ⁊ ignotius eodem: tunc sequitur q est notius. b. a termino priuatiuo ad terminum in infinitum. ⁊ vltra sequitur q non est noti⁹ ipso. qd repugnat. Et per idem videtur q alie conclusiões sunt impossibiles. ¶ Qd sequantur probatur sic. in qualz demonstratione premisse demonstrationes debent eē notiores conclusione demonstrata ⁊ priores. vt pz per diffõnez dmonstrationis superius positã. vz. demonstratio est ex primis ⁊c. Si igitur per. a. demonstratur. b. cõclusio. ecõuerso per. b. demonstretur. a. tunc. a. erit notius. b. ⁊ ignotius: ⁊ prius. ⁊ posterius eodem. Et per idem sequitur q notitia. a. dependet a seipsa, qz no^a. a. depẽdet ex notitia. b. ⁊ notitia. b. ex notitia a. ergo a primo ad vltimũz notitia. a. dependet ex notitia. a. quare ⁊c. Ex quo vlterius sequitur q idem poterit per seipsum demõstrari. ita q. a. demõstrabitur per. a. Et per hoc sequitur qd infert Ari. in textu q per demonstrationem circularem nõ alia acqritur notitia q̃z cognoscere q si hoc est. hoc est. hoc autez est superficiale valde: quare ⁊c. ¶ In ista qõne erunt principaliter tres articuli. In primo premittent quedam preambula. Scdo recitabit qdam modus rñdendi. ⁊ arguet cõtra ipm. Tertio ponet alios modus respondendi.

Quantum ad primum sciendũ primo. q cõuiter inueniũtur isti termini syll's circularis. ⁊ demõstratio circularis. sicut aũt tangit in expositione textus: ⁊ habet primo priorum: tunc syllus dr perfecte circularis: qñ ex cõclusiõe simul cũ cõuersa vni⁹ pmisse infert altera pmissa. ⁊ altera per cõuersam alterius. verbi gratia arguẽdo sic. oẽ animal rõnale ẽ disciplinabile. oĩs hõ est al' rõnale: ergo ⁊c. Si ecõuerso ex i^a cõclusiõe. omnis homo est disciplinabilis. cum cõuersa maioris. inferat minor. ⁊ cũ conuersa minoris inferat maior. erit syll's perfecte circularis. Ex quo infert q vbi altera solũ inferat pmissa nõ erit perfecte syll's circularis. sed imperfecte. ¶ Ad hoc tamẽ vt in predicto exẽplo demonstratio fieret pfecte circularis. nõ regreret vt ex conclusiõe cũ conuersa minoris inferat maior. sed bene regrit vt ex conclusione cũ conuersa maioris inferat minor. sic arguendo. omne disciplinabile ẽ animal rõnale omnis homo est disciplinabilis. ergo omnis hõ est al' rõnale. regrit enim quo ad eẽ circularem demõstratonẽ vt animal rõnale qd primo põebat p me⁹ ⁊ causa cõclusiõis postea fiat ɔclusio siue pdicatũ cõclusionis. ⁊ disciplinabile qd ponebat pro effectu: ⁊ pdicato cõclusionis fiat mediũ in secũda demonstratione: sed hoc nõ contingeret nisi ex cõclusione cũ cõuersa minoris inferatur maior: vt pz intuenti. ¶ Sciendũ vlterius q sm cõmunẽ locutionẽ doctorum isti termini syll's circularis. ⁊ demonstratio circularis nõ pro vna demõstratione neqz pro vno syll'o accipiuntur: sed pro aggregato ex pluribus demõstrationibus aut pluribus syllis. ⁊ per ɔñs si per pose daret demonstratio pfecte circularis. illa nõ eẽt demõstratio vna sed aggregatũ ex pluribus demonstrationibus: patet de se. ¶ Sciendũ tertio q vbi fiat aliqua demonstratio ab effectu ad cãm tanq̃ a notiori nobis. sic vt per notiã effectus notitia cãe acqratur. q̃uis sic docens vel addiscẽs ecõuerso syllum formaret nõ ex hoc diceret demonstratio circularis pz. qz staret vt in secundo processu nulla generet scia neqz per premissas cõclusio notificetur. sed solũ fieret illatio ɔclusionis ex premissis. sic etiam dico de demonstratõne a cã ad effectum. ¶ Ex quo infert q ad hoc vt demõstratio eẽt nominanda circularis nõ sufficit vt ex ɔclusione altera premissarum inferat. sed vlterius requirit. vt ex notitia ɔclusionis notitia premissarum vel vlterius pmisse acquirat. s. illius in qua mediũ de subiecto predicat pz hoc ex cõmuni locutione doctorum. ¶ Ex his põt inferri hec distinctio. dupliciter imaginari possumus fieri demõstrationẽ circularem. s. simplr. ⁊ sz quid siue perfecte. ⁊ diminute. Simplr vt si per. a. notitiam premissarum demõstratiua acqrat. b. notitia conclusionis ⁊ p eandem solaz. b. notitiam demõstratiue perueniat intellectus in acquisitionem a notitie premissar. vel sibi ɔsimilis. stante prima sm quid si ne diminute. vt si non p. b. notitiam: sed p alias notitias eiusdem ɔclusionis discurrat intellectus ad notitiam earundez premissarum. ¶ Premitto vlterius. q duplex est demõstratio. s. simplr. ⁊ sm quid. Exemplum primi. sicut dmõstrano qua propria passio de subiecto, pprio demonstrat p essentialez ⁊ immediatam causam que potissima nominari solet ⁊ vocat simpliciter: qz facit scire simpliciter etiam qz procedit p simpliciter notiora. ⁊ simpliciter priora. Exemplum vero secundi. sicut demonstratio ab effectu ad cãm. qñ non procedit per simpliciter priora ⁊ notiora. ¶ Illo premisso q cum demonstratio non dicatur actu demõstratio nisi in actu faciat sci e: dari demonstrationem circularẽ in actu duobus modis intelligi potest vno modo respectu eiusdem hominis. ⁊ in eodem instanti. Alio modo respectu diuersorum hominum aut in temporibus diuersis. Ex^m primi. vt si sor. in eodem instanti vel tempore ex notitia eclipsis lune perueniat in notitiam sue cãe ⁊ econuerso. Exemplum secundi. vt si sor. ex no^a precedenti effectus in notitiã sue cause perueniret: plato vero econuerso. Vel idem sor. in hora presenti ex notitia effectus notitiã cause acquireret. ⁊ in hora sequenti econuerso.

Quantum ad secundum sciendũ est q moderni expositores pro solutiõe hui⁹ materie ponũt aliquas ɔclusiones. Prima est ista. In diuersis generibus notitiarum contingit fieri demonstrationẽ circularem. pz qr per lune eclipsim tanq̃ per effectum demonstrare possumus eius cãm: ⁊ econtra per cãm demõstrare possumus lune eclipsim: sed prima erit notitia qz. tã effectus q̃z cãe: ⁊ illa demonstratio erit qz: secũda vero erit notitia propter quid respectu effectus ⁊ illa demõstratio vocabitur propter quid. ¶ Scda ɔclusio: in eodez genere notitie: sed diuersis gñibus causarum fieri põt demonstratio circularis pz per tertiũ arg^m adductũ ad partem affirmatiuam. Dñt tñ isti q lz ex sanitate demõstret deambulatio ⁊ ecõuerso vna tamẽ illarũ demonstrationũ est potissima appellãda: altera vero nõ. nã finalis cã est principalis cã: ⁊ oẽs alie necessitatis cãs. quare efficiẽs cã cõparata finali se hz tanq̃ absolute posterius respectu ipius ⁊ per ɔñs dmõstratio a sanitate in deambulatõem erit potissima nõ ãt illa q̃ fit ecõuerso. Ille tñ demõstratões sunt in eodẽ gñe notitie. s. ppter qd. ¶ Tertia ɔclo: i eodẽ gñe notitie. ⁊ eodẽ gñe cãe polis est demr̃atio circularis respectu diuersorz suppositor. pz p qntã rõnẽ ad ptez affirmatiuã. verũtñ ponendo vaporẽ ⁊ aquã subalir differre. tũc demr̃atiões ille sunt respectu diuersor suppositor. Istã vbi per a. vaporẽ gñet: ⁊ ɔñr demõstret. b. aqua: nõ amplius per. b. aquã demr̃abitur. a. vapor. eo q iam erit corruptus. ⁊ nõ amplius poterit gñari. quare nz amplius ex. b. aqua demõstrari Sz qñadmodũ alius vapor ex. b. aqua gñabit. sic d alio supposito demõstratio fiet. Vr ista cõclusio consona vbis alberti alamãi in expõne ari. sup illo passu. prius tñ dic idẽ albertus q vel neutra illarũ demr̃ationũ est demõstratio simplr de qua ari. loqt. ⁊ hoc si neutz illorũ est altero prius sm naturã. vel si alterz sit altero prius altera demõstratio erit simplr: ⁊ altera nõ. ¶ Quarta cõclusio. possibile ẽ circularet demr̃a e in eodẽ gñe notitie ⁊ cãe ⁊ respectu eiusdem indiuidui: sed nõ eque primo. Prima pars pbatur. supponendo vaporẽ pluuiã ⁊ nubẽ eẽ subaliter idẽ q̃uis differant sm accñtia sua. tunc ex. a. pluuia b. vapor demr̃abitur: ⁊ ecõuerso. sm q ɔtingere ex. a. pluuia fieri. b. vaporem ⁊ ecõuerso. Hoc igitur fiet respectu eiusdem indiuidui in gñe notitie ppter qd. ⁊ in gñe cãe material'. vt pz. quare ⁊c. Scda vero ps declarat. qz pluuia ẽ imediata cã ex qua gñatur vapor. ⁊ p ɔñs ex ipsa demr̃ari poterit tãq̃ ex cã imediata. Ex vapore vero nõ imediate pluuia pducitur: sed inter vaporẽ ⁊ pluuiã mediat nubes. q̃re ex ipso demr̃abitur tanq̃ ex cã mediata ⁊ p ɔñs vapor ⁊ pluuia non se inuicez demõstrabunt eq̃ primo. ¶ Preterea. lz ɔcederetur q vtrũqz illor ex altero demõstraret tanq̃ ex cã imediata. tamẽ vnũ illor est altero pri⁹ sm nãz. nã pluuia cũ nõ dicat aquã simplr. sed aquã cadẽtẽ guttatĩ de nube: ẽ posteri⁹ vt sic sz nãm q̃z vapor. ⁊ p ɔñs altera illar

demõstrationũ in qua demonstratur pluuia per vaporem ens per cãm que absolute est prior natura. cũe enim vapor erit pluuia prior nõ solum sm indiuiduum sed et sm spẽm Altera vero demõstratio lz pcederet per prius sm indiuiduum. non tamen p absolute prius. s. sm spẽm quare prima erit demõstratio absolute prior scda. ⁊ p cõsequẽs non eque prio alterũ ex altero demonstrat. ⁊ ecõuerso quare ⁊c. Hec sniã colligi põt ex verbis alberti superius dictis. ℭ Ultima cõclusio. q̃uis possit demonstratio circularis difformis. ipossibile tñ est aliquã talem eẽ oĩo vniformẽ. p demonstrationẽ circularem vniformẽ intelligit demõstrationem circularem in cuius vtroqꝫ pcessu est oĩo similitudo. ⁊ ecõtra per difformẽ. Probat ergo cõclusio ex precedentibus. qꝛ in oĩbus demõstratiõibus circularibus possibilibꝰ necessario cadit aliqua dissilitudo. Aut enim fiunt illi duo pcessus in diuersis gñibus notitiarũ. aut in diuersis gñibus cãrum vel respectu diuersorũ suppositorũ. vel nõ eq̃ imediate: aut nõ per eque prima sm naturã. Nõ igit esse põt vt oẽs cõditiones sint pares: dñt igit hanc fuisse ari. intentionẽ. s. negare demonstrationẽ circularẽ vniformẽ: quam antiqui cõcedebãt. ⁊ nõ solũ difformem: ⁊ dicũt vlterius intentionẽ eius fuisse q̃ nõ sic datur demonstratio vniformis: vt vterqꝫ ipsius processus sit demõstratio potissima. qꝛ vt ex pdictis pꝫ: vel neutra illarũ erit potissima. vel altera tñ: quare ⁊c. Quãuis hec sint satis subtilr dcã: arguit tamen cõtra q̃daꝫ. ℭ Primo qꝛ de indiuiduis nõ per se ẽ demonstratio. vt pꝫ de mente Ari. infra. ⁊ per cñs diuersitas vel idẽtitas suppositorum nihil per se facit ad demonstrationem: quare neqꝫ diuersitas suppositorũ pmouet ad possibilitatẽ circularis demonstrationis: neqꝫ identitas arguet impossibilitatẽ. ℭ Preterea. quecũqꝫ dicat demõstratio circularis eẽ impossibilis poterit aduersarius dicere secũdum hoc fundamentum illam eẽ posẽ: eo q̃ medio subiecto. ⁊ passioni necessario diuersa cõrñdent. vel cõrñdere pñt indiuidua. ⁊ per cñs diceret aduersariꝰ q̃ illi duo pcessus demonstrationis circularis sunt respectu diuersorum suppositorum. Et sic non erit ipossis iuxta pdicta: quare ⁊c. ℭ 2° instat probando q̃ alicuius demõstrationis circularis vterqꝫ processus potest eẽ demõstratio potissima. qꝛ posẽ est vt. a. per. b. demõstret: ⁊ ecõuerso in diuersis gñibus causarum: sic vt vterqꝫ illorũ respectu alterius sit ppria eẽntialis ⁊ immediata cã: vt ipsi concedunt. sꝫ in quolibet genere cãe potest fieri demonstratio potissima pcedẽdo per causam propriam eẽntialem ⁊ immediatam: vt ecõ ter concedit: quare ⁊c. ℭ Oppositum tamen dñt eẽ de intentione Aristo. Hec rõ probabilis est. ℭ Tertio dubitat in exemplo de vapore ⁊ aqua: qꝛ non videt q̃ ex aqua demonstret vapor: sed potius vaporeꝫ generari. Silr ex vapore non demonstrat aqua: sed potius aquam sine pluuiã produci. Et sic ibi non erit demonstratio circularis: cum illud quod est medium non sit postea predicatum conclusionis: neqꝫ econuerso: etiam si concederet aquam ex vapore demonstrari: ⁊ econtra hoc tamen fieret tanq̃ per cãm remotam non enim posita aqua statim ponit vapor. neqꝫ econtra: quare neutra illarum erit demonstratio pp quid: vt supponere vident sic dñtes.

Quantum Ad 3m ponit alius modus respondendi. Et sit prima conclusio. In vniuersis generibus notitiarum: ⁊ diuersis generibus cãruꝫ fieri possunt demonstrationes circulares: pꝫ ex precedẽtibus. ℭ 2a conclusio: de facto non potest eẽ demõstratio circularis in eodem gñe causẽ: cuius vterqꝫ processus sit per causam propriam eẽntialem ⁊ immediatam. pꝫ. qꝛ de scõ non possunt dari due tales sibi inuicem cãe in eodem gñe cãe. ℭ 3a conclusio si per posẽ due tales darent eẽe nõ repugnaret inter ipsas demonstrationẽ fieri circularẽ. Probat: qꝛ sicut et alteram illarum eẽ altera natura priorem. ⁊ p cõsequens sicut non repugnat ab effectu ad causam ⁊ ecõuerso demonstrationem eẽ circularẽ. ita in proposito non repugnaret. sꝫ cñs ⁊ añs ẽ satis notum: immo illud videt necessarium: qꝛ non apparet posẽ duas eẽ spẽs eque prias secundum naturam sicut neqꝫ est possibile ipsas eẽ eẽntialiter eque perfectas. ℭ Quarta conclusio: lꝫ precedentes conclusiones vere sint. non tamen est possibile vt eidem homini in eodẽ instanti fiat actu demonstratio circularis. Probatur: qꝛ dato opposito. sequeretur eidem homini simul. a. esse absolute notius. b. ⁊ absolute minus notum. qđ implicat contradictionem. consequentia vero probatur sic. qꝛ si sorti in eodem instanti per. b. actu demonstretur. a. ⁊ ecõuerso: tunc sequitur q̃ absolute. b. erit sibi notius. a. aliter non per ipm tunc actu demõstraretur sorti. ⁊ similiter ecõuerso dicendum erit. quare ⁊c. ℭ 5a conclusio non sic ẽ possibilis demonstratio circularis vt per notitiam premissaꝝ acquiratur notitia conclusionis ⁊ econuerso. stante eadem notitia premissarum per eandem notitiã numero precipue ipsius conclusionis siue in eodem genere: siue in diuersis generibus notitiarum vel causarum acquiratur notitia illarũ premissarum. Probatur sic. qꝛ dato opposito. sequeret. a. notitiam fore se ipsa intensiorem: vel notitia omnino sibi cõsimili. quod implicat. probatur consequentia. vbi enim. p. a. notitiam premissarum acquiratur. b. notitia conclusionis ⁊ per eandem. b. notitiam precipue acquiratur in secũdo processu alia notitia consimilis premissarum. sequitur vt. a. notitia sit intensior. b. ⁊ vlterius sequitur vt. b. sit intensior eadem notitia premissaruꝫ: vel sibi consimili. sed quicquid est intensiori intensius: est etiam intensius remissiori. ergo ⁊c. ℭ Confirmatur. sit. a. notitia intensa vt. 4. b. vt tria: ⁊ sequitur q̃ si ex sola. b. alia notitia acquiratur premissarum erit minus intensa q̃ vt tria: sed hoc esse non potest: postq̃ premisse iam sunt note vt. 4. alias enim per minus notum demonstraretur magis notum: quare ⁊c. Ista cõclusio ⁊ precedens aliqualiter trahi possunt ad mentẽ Aristo. Ex conclusione infertur non esse possibile fieri demonstrationem que sit simpliciter ⁊ perfecte circularis. pꝫ ex premissis. Pꝫ vlterius q̃ est possibile demonstrationem eẽ sm quid ⁊ imperfecte circularem. Cõmuniter aũt loquentes sub aliis verbis dicunt: q̃ non est posis demõstratio circularis vniformis q̃uis difformis eẽ possit. Ubi enim eclipsis nunc sit nota sorti quo ad qꝛ est: non aũt per causam: poterit sor. inuestigare causam illius eclipsis et concludere ipsam p effectum. ⁊ pro tunc nõ demonstratiue sibi concludet effectum per cãm suam. vt dicitur in quarta conclusione: qm̃ pro tunc absolute sibi notior est effectus. Uerum tamen in processu temporis melius cognita cã: ⁊ perfectius q̃ prius per inuestigationem intellectus ex eadem causa poterit eidem sorti effectus demonstrari nõ vigore solius notitie precipue ipsius cãe: sed vigore illius simul cum alia nouiter acquisita que gñabunt notitiam perfectiorem ⁊ intensiorem notitia prima effectus. ℭ Ultima cõclo magis insequens textũ: ipose est dari demonstrationẽ circularẽ: cuius vterqꝫ pcessus sit demonstratio simpliciter. Probatur sic: q̃libet demõstratio simpliciter est p ea que sunt absolute ⁊ sm nãm priora ⁊ notiora q̃ cõclo: sed ipose est. a. eẽ absolute ⁊ sm nãm prius ⁊ notius. b. ⁊ ecõuerso ergo ⁊c. tꝫ cñã. maior. est ari. in textu. illo enĩ mõ demõstratio est simplr appellanda: minor vero pꝫ. ℭ Item cõclo pbat sic. s. siue eitnerqꝛ siue fiat demonstratio qꝛ: ⁊ propter quid siue ãbe sint propter quid in diuersis generibus cãꝝ. siue eĩ fieret p posẽ in eodẽ gñe cãe eẽntialis ⁊ immediate: semper tamen vna illarũ est per id qđ est absolute prius sm naturaꝫ vna enĩ cã est sm naturã prior q̃ alia cã in alio genere cãe ⁊ in eodẽ genere si eẽnt due sibi inuicem cãe non possunt eẽ eq̃ prime sm natura quare ⁊c. ℭ Et si dicit q̃ vbi cõgatur deambulatio sanitati si vt cãe finali sed vt effectui: tunc deambulatio erit absolute prior sꝫ naturã sanitatis: ⁊ tamẽ eẽ sanitas tanq̃ finalis cã absolute ẽ prior sm naturã ergo ⁊c. ℭ Rñdet negãdo assumptũ: sed verũ est q̃ deãbulatio sm q̃d siue respectiue erit dicẽda prior sm naturã nõ autẽ absolute: hãc tamẽ circularẽ demõstrationẽ simplr videbãtur antiq cõcedere dicẽtes oĩa ex se inuicem demonstrari posse quia ipsi volebant principia prima ita simpliciter sciri sicut conclusiones. ⁊ per consequens secundum eos ipsoꝝ erat simpliciter demonstratio non per alia priora: sed p posteriora quare fiebat circularis.

Veritur 45. Utrum scia abstractior sit certior minus abstracta et scientia que est de simplicioribus sit certior ea que se habet secundum appositionem. ¶ Ad partem negatiuam arguitur primo sic. entia separata que sunt maxime a materia abstracta et de quibus scientia abstractior considerat sunt difficillime cognitionis. ergo quod falsa tenet cosequetia. qr quato aliquid est difficilius cognoscibile tanto est incertius assumptu pz. 2. metaphysice. ita enim se habet intellectus noster ad substantias sepatas sicut oculus noctue ad luce diei. vt ibidem ht. quare etc. ¶ Secudo. magis vniuersalia sunt magis abstracta que tn minus certa videntur qz singularia. cu per singularia certa fiant multa vniuersalia. ergo scia abstractior est incertior minus abstracta. ¶ Tertio si qd esset vera sequeret sciam libri physicoru certiore esse scientia libri de anima. cosequens videt cotra intentione Ari. et comentatoris in prohemio libri de anima. cosequentia tenet primo qr scia libri physicoru cu sit vlior est abstractior. Scdo qr scientia libri de anima se habet per appositione ad sciam libri physicoru. sicut etiaz subiectum vnius se hz per appositione ad subiectum alterius. ¶ Quarto sequeret metaphysicam esse certiore geometria et arithmetica. et sic scie mathematice no essent i primo gradu certitudinis cotra intentione comen. patet cosequentia cu sint de vniuersalioribus et de magis abstractis a materia et simplicioribus. substantie enim separate sm ee et sm intellectu a materia separantur. entia vo mathematica solum separatur sm intellectum. quare etc.

Adoppositu est phs loco prius allegato. ¶ In ista questione primo pmittentur quedam. secudo ponent conclusiones ad quesitum respondentes.

Quantum Ad primum. Sit prima distinctio duplex est abstractio. queda est sm re qualiter intelligentias realiter a materia dicimus abstractas queda est sm imaginatione aut intellectu cu vis no realiter fit abstractio. et hec est duplex. quedam fit a minus coi abstrahendo coius sicut ab hoie aial. et a corpore animato corpus mobile. quedam a ma forma abstrahendo siue substantialem siue accidentalem. que lz sine illa esse no possit. sine ipsa tn potest intelligi aut imaginari. sicut linea. superficiem triangulum. et his silia. per intellectum aut imaginatiua abstrahimus a materia in qua necessario habent esse. ¶ Prima abstractio consideratioi metaphysice deseruit ¶ Secuda vniuslibet scie cosideratioi deseruire pot. Nam quelibet scia aliquod genus simul cu eius spebus cosiderat. ¶ Tertia vo scientiis mathematicis. ¶ Ex distinctione infertur qp si per abstractionem vlla certitudo sumatur rei a prima abstractioe magis sumit certitudo quo ad nam. ab aliis vo magis certitudo quo ad nos. ¶ Premitto vlterius penes aliud certitudine quo ad natura de quo vide in tertia distinctione qonis precedetis. ¶ Premitto secudo qp materia ppter sui varias mutabilitates et potetialitates qs habet ad varia entia pot magna ee ca incertitudinis nostre. pz de mete oium. est etia modice et imperfecte entitatis vt eius natura sit valde latens et non nisi difficulter cognosci possit vt colligitur de mente Aristo. et commen. primo physicoru. Ex quo infertur qp abstractio formarum a materia sine realis sine per intellectum facta iuuat ad certitudinem rei. ¶ Premitto tertio qp illud quod se habet sm quanda adiectionem ad alterum se habet per modum specie respectu generis. pz quia si. a. se habet secudum adiectionez ad b. tunc a. includit. b. et cu hoc aliquid vltra quia respectu. b. est tanqz species. patet etiam discurrendo linea enim visualis se habet sm adiectionem ad lineam. et se hz per modum speciei respectu ipsius. numerus sonorus addit supra numerum et est tanqz species respectu ipsius. et sic de aliis. Ex quo infertur illud respectu cuius aliud se habet secundum adiectionem esse eo simplicius et per consequens abstractius. Patet vlterius ipsum esse magis paratuz certitudini. aliud vo magis incertitudini.

Prima coclusio Scia osiderans de rebus a materia naturali realiter separatis quo ad illam partem est certissima certitudine quo ad naturam. patet quia talia entia sunt quo ad na

tur͂ certissima de mente phi. 2. meta. Idem etiam ex predictis patet. primo quia huiusmodi entia sunt aliis priora s͂m naturā ⁊ magis idepēdentia. ⁊ per cōsequens certissima. patet consequentia ex q̄one precedēti. ¶ Itē sunt abstracta tā secūdū rem q̄ secūdū intellectum. abstractio vo iuuat ad certitudinem rei vt ex predictis pz. ¶ Itē tam s͂z rē q̄ s͂m intellectū a materia maxime elongat̄ q̄ magna est in certitudinis cā. vt patz ex secūdo p̄misso. ergo ⁊c. ¶ Ex cōclusione correlarie infertur metaphysicam esse omnium aliarū scientiarū certissimam certitudine quo ad naturā saltem quo ad eius partem principalē quā considerat d̄ substantiis separatis. ¶ Sequitur vlterius q̄ de tali certitudine loquendo ipsa est in primo gradu certitudinis. ¶ Secūda cōclusio. Ipsa sit scientia tū metaphysice de substantiis separatis intellectu nostro cōsiderato s͂m q̄ recipit notitiā ex administratione sensuū est valde incerta. patet ex auctē allegata in primo argumēto principali. ¶ Item substantie separate maxime sunt a sensibus n̄ris remote ergo ab itellectu nostro pront sibi sensus deseruiunt difficillime cognoscibiles ⁊ per consequens valde incerte. tz cōsequentia. nisi quis ponere vellet differentiā iter magis difficile ⁊ magis incertū. ¶ Tertia cōclusio. scia de rebus abstractis tertio° aliis paribus certior est scia minus abstracta. Hec 9° sit ad mentē Aristo in textu ⁊ potest probari sic. Scientia abstractionē de magis elongatis a materia que ē magna cā incertitudinis per secūdū suppositū. ergo ⁊c. ¶ Item abstractio a materia iuuat ad certitudinē rei per correlariū secūdi suppositi. ergo ⁊c. ¶ Item scia hoc mō minus abstracta vtitur principiis scientie abstractioris. sicut pspectiua vtit̄ principiis geo° ⁊ non ecōtra. ergo ⁊c. ¶ Itē arguit̄ rōne linconiensis. scientia hoc modo abstractior ē de reb⁹ absolute priorib⁹ ⁊ secūdū naturam certioribus. ergo ⁊c. ¶ Ex cōclusione infertur geometriā esse perspectiua certiorem. ⁊ arithmeticā certiorē musica. ¶ Idem etiam asserit phs in textu. Et verificatur 9°. simul cū eius cor° tam de certitudine quo ad nos q̄ de certitudine quo ad naturā. Geometria enim ē de priorib⁹ s͂m naturā ⁊ de notiorib⁹ nob ⁊ nature q̄ perspectiua. Licet. n. geometrica entia sint vsu exteriori remotiora nō tamē intellectui disproportionata redduntur sicut substantie separate. ⁊ cum hoc a materia sensibili sunt magis abstracta q̄ ea de quibus cōsiderat pspectiua. ergo ⁊c. ¶ Quarta ɔclusio. lz certitudine quo ad nos scia de reb⁹ abstractiorib⁹ secūdo modo sit certior aliis parib⁹: stat tamen vt certitudine quo ad naturā sit incertior. Prima pars pz postq̄ magis vlia aliis paribus sunt nob magis nota. Secūda patet ex tertio argumento principali. Scia nāq̄ de aīa est oībus aliis naturalibus certior. vt pz in prohemio libri de anima. que tamen minus est abstracta. secūdo mō abstractionis q̄ scia libri physicorum. ē tñ p̄mo modo abstractior ⁊ de priorib⁹ s͂m naturam quo ad p̄tē qua agitur de intellectu: cū intellectus dicatur a materia aliquo modo separatus. Dubium tamē est d̄ octauo physicoꝝ in quo determinat̄ de primo motore. sed de hoc vide in questionibus primi de anima. ¶ Quinta cōclusio. licet principia metaphysice sint nobis certissima ⁊ pricipiis aliaꝝ scientiarū nobis certiora. ex hoc nō euidenter infert̄ metaphysicā esse absolute quo ad nos certiorem. Prima pars pz de istis principiis. de quolibet dicitur eē vel nō eē ⁊ non contingit idem simul esse ⁊ non esse. ⁊ quecūq̄ sūt eadem vni tertio eadem sunt inter se. ⁊ sic de multis aliis. Secūda pars patet ex tertio supposito precedētis q̄onis. Licet enim ita sit. quia tñ illa principia sunt minima ps metaphysica ⁊ in residua parte cōsideratur de quiditatib⁹ rerꝫ ⁊ de substantiis separatis que sunt respectu nostri valde īcerte. iō metaphysica quoad nos redditur multis aliis incertior. Alias tamen in questione trigesimatertia concessi istam conclusionem. metaphysica est qualibet alia certior certitudine principiorum. Ex illa tamen non sequitur oppositum huius cōclusionis sed solum sequitur ipsam esse quoad nos s͂m quid certiorem. ¶ Ex predictis colligere possumus modum gradualem scientias in earum certitudine. Loquendo nāq̄ de certitudine quo ad naturā ⁊ metaphysica est in summo ⁊ primo gradu certitudinis post eā sequitur scientia naturalis. ⁊ moralis. ⁊ vltimo scientie mathematice. res enim mathematice a rebus naturalibus in esse dependent. ⁊ sunt eis naturaliter posteriores. Loquēdo vo de certitudine quo ad nos mathematice sunt in primo gradu certitudinis. ⁊ naturales sunt in cunssiori gradu, ⁊ metaphysica in gradu remissimo. ⁊ hoc sensit cōmētator in auctoritate allegata. ¶ Nota tamen hic diligenter si cut in precedentibus dictum fuit. ⁊ in primo de anima q̄ non repugnat intellectui humano ita certum modū procedendi habere posse in naturalibus ⁊ metaphysicis sicut in mathematicis. sicut contingeret si daretur intellectus adeptus. ⁊ tūc certi°sma ⁊ cert° nature eadē essent. ⁊ qd̄ eēt nature certius esset sibi certius ⁊ ecōtra. ⁊ scientia certior alia secundum naturam etiam esset intellectui certior. ⁊ ista debet vocari propria ⁊ vera certitudo. hic autem loquor de certitudine intellectus nostri considerati secundum q̄ notitiam recipit per ministrationem sensuum. ¶ Ultima cōclusio inter scientias abstractas tertio modo illa est alia incertior aliis paribus que respectu alterius se habet per appositionem. Hec ɔclusio est ad mentem Aristoti. in textu. ⁊ sic eam format linconiensis. Potest tamen probari ex premissis. quia scientia illa que se habet per appositionē respectu alterius est respectu illius tanq̄ species respectu generis. ⁊ est ea minus abstracta ⁊ res considerans minus simplices ⁊ abstracta. vt patet ex tertio premisso. ⁊ per consequens est incertior. patet consequentia ex supradictis. ¶ Ex conclusione infertur q̄ arithmetica est certior geometria. Nam geometria se habet per quandam appositionem ad arithmeticam: sicut punctus de quo geometria considerat se habet per appositionem ad vnitatem de qua considerat arithmetica. ¶ Idem etiam habetur ab Aristotele in textu. ¶ Item ratio mensure ⁊ proportionis qua inuicem mensuratur geometrica principia in numero reperitur de quo considerat arithmetica. quare ⁊c. ¶ Ex predictis patet q̄ inter sciētias mathematicas arithmetica est certissima. post ipsam sequitur geometria. perspectiua vero astronomia ⁊ musica in earum certitudine medie sunt inter mathematicas ⁊ naturales. Patet vlterius q̄ inter naturales scientias scientia libri physicorum est in primo gradu certitudinis quo ad nos. Scientia vero libri de anima est in primo gradu certitudinis quo ad naturam: que tamen propria nostra certitudo dici potest. Quedam alia tetigi in questione trigesimatertia huic questioni pertinentia que illic vide.

Ad rationes

principales. ¶ Ad primam patet ex prima ⁊ secunda conclusionibus. ¶ Ad secundam dicitur q̄ licet probaret intentum: hoc tamen non esset contra intentionem Aristo. verumtamen negatur minor. ⁊ consequenter dicitur q̄ licet simplex apprehensione singularis aut singularium aliquo modo dependeat non tamen oportet vt certitudo aut intellectus adhesio a certitudine singularium dependeat: licet aliquando hoc fieri possit. ¶ Ad tertiam patet ex quarta conclusione. ⁊ licet scientia libri de anima se habeat per appositionem ad scientiaꝫ libri physicorum ex hoc non euidenter arguitur secundum intentionem Aristoti. ipsam eē incertiorem. Aristoteles enim vt bene linconiensis exponit ibi comparabat scientias abstrahentes formas a materiis que tamen sunt in materia. sic vt illa que magis abstrahit sit certior illa que se habet per appositionem qualiter se habent arithmetica ⁊ geometria. Posset etiam dici q̄ argumentū in solum probat scientiam libri de anima quo ad nos esse certiorem. ¶ Ad vltimam patet ex conclusione prima ⁊ correlario post quintam conclusionem: Et sic finitur cum christi laude.

¶ Una aūt scia est que est unius generis quecunq̄ ex primis cōponitur. ⁊ ptes aut passiones borū sunt per se ⁊c.

Quo xlvi.

Queritur 46. verum ad unitatem scientie requirantur quatuor conditiones que ponuntur in tex. Ad alteritatem vero requiratur alteritas principiorum. ¶ Ad partem negativam arguitur primo contra conditionem primam. metaphysica est scientia una: et tamen non est unius generis subiecti. ergo questio falsa. maior de se patet minor probatur. quia subiectum metaphysice. s. ens non est genus: sed omnia genera transcendens. deus etiam qui ponitur obiectum metaphysice: et a quibusdam dicitur subiectum non est in predicamento. et si esset non reponeretur tanquam genus sed tanquam species vel individuum. quare etc. ¶ Secundo scientia naturalis est scientia una cuius subiectum non est unum genere. quare etc. minor probatur. quia corpus mobile quod communiter ponitur subiectum ipsius non est ens per se. sed per accidens. tale autem non est per se in predicamento et per consequens non est genus. ergo etc. ¶ Idem argumentum fieri potest de linea visuali que ponitur subiectum perspective. ¶ Confirmatur corpus humanum sanabile et egrotabile quod ponitur subiectum medicine non est genus. tum quia est ens per accidens. tum quia est species specialissima. sicut etiam homo est species specialissima. ergo etc. ¶ Tertio quelibet scientia una est habitus unus et qualitas una. quare ad eius unitatem requiritur unitas sui generis et sue differentie. et non ille quatuor conditiones que videntur extrinsece a natura ipsius. ¶ Quarto arguitur contra secundam conditionem. nulla scientia componitur ex principiis. ergo secunda conditio non bene posita. assumptum patet sive enim scientia fuerit habitus unus sive aggregatum ex habitibus. principia non sunt partes quantitative nec qualitative scientie. quare etc. ¶ Preterea principia prima in scientia raro demonstrationes ingrediuntur. etiam de ipsis proprie non habetur scientia. ut patuit in precedentibus. ergo scientia non componitur ex eis. ¶ Confirmatur argumentum principale sic scientie particulares non procedunt per principia prima. ergo etc. assumptum patet de geometria et arithmetica. que non utuntur principiis metaphysice communissimis. et licet uterentur illis. non tamen ab illis sumerent unitatem quia tunc ambe essent una scientia: quod non est dicendum. ¶ Quinto arguitur contra tertiam et quartam sumptum corpus mobile quod est subiectum naturalis philosophie non habet partes per se nec passiones per se. ergo etc. assumptum patet. cum sit ens per accidens. hec enim propositio non est per se in primo modo. aer est corpus mobile. sed ponitur in secundo quod tamen requireretur ad hoc. quod aer esset pars corporis mobilis per se. ¶ Idem argumentum fieri potest de linea visuali que est subiectum perspective. et corpore humano sanabili etc. quod ponitur subiectum medicine cum sit ens per accidens: nec sub se habeat species. ¶ Deinde arguitur contra secundam partem questionis. non minus unitas subiecti ad unitatem scientie requiritur quam unitas principiorum. ergo econtra ad scientie alteritatem non minus alteritas subiecti requiritur quam principiorum. idem etiam videtur de alteritate partium et passionum subiecti. quare Aristoteles insufficiens fuit in ponendo causam alteritatis scientie. ¶ Secundo sequeretur quod perspectiva non esset altera a geometria. patet. quia principia unius sunt ex principiis alterius. Et per idem sequeretur quod non esset alia a naturali philosophia. multa enim perspective principia ex principiis scientie naturalis dependent. quibus concessis sequitur quod geometria et naturalis philosophia non sunt altere abinvicem quia quecunque sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. ¶ Tertio sequeretur nullam scientiam specialem esse aliam a metaphysica. consequens est falsum. ut patet. consequentia tenet. quia cuiuslibet alterius scientie principia sunt ex principiis metaphysice. Ex quo ulterius infertur omnes scientias speciales esse idem inter se: primo. quia sunt idem metaphysice. secundo quia sunt ex eisdem principiis. videlicet principiis communissimis metaphysice.

Ad oppositum est philosophus primo posteriorum. circa finem in illa parte. una autem est scientia etc. ¶ In ista questione primo videbitur prima pars questionis. Secundo videbitur de secunda.

Quantum Ad primum sit hec prima distinctio scientia ut proposito spectat. dupliciter accipi potest. uno modo pro solo habitu conclusionis demonstrate. alio modo pro aggregato ex multis habitibus sive processibus demonstrationis et principiis eorum debitum inter se ordinem et debitam connexionem habentibus. qualiter totam geometriam dicimus esse scientiam. ¶ Ex ista distinctione sequitur secunda distinctio quod sicut scientia est duplex sic unitas scientie est duplex. Scientia enim primo modo dicitur una cum sit habitus unus et qualitas una: quam unitatem sumit ex genere et propria differentia si sit unitas specifica. unitas vero scientie secundo modo sumpta non potest esse unitas proprie. sicut etiam exercitus non est unum unitate proprie sumpta. sed est unitas quedam improprie que consequitur debitum ordinem et connexionem partium istius scientie cum debito respectu ad aliquod unum principale. qualiter exercitum dicimus unum propter unionem ordinis partium suarum cum attributione ad unum imperatorem exercitus. Ad propositum ergo locutus est Aristoteles. de scientia et unitate scientie secundo modo. ¶ Tertia distinctio subiectum alicuius scientie esse unius generis. dupliciter intelligi potest. uno modo. quod sit unius generis predicamentalis. et per se reponatur in predicamento tanquam genus. alio modo quod sit aliquod commune non equivocum pluribus specie distinctis secundum quendam ordinem attributum. sive sit vere univocum sive analogum. ¶ Quarta distinctio. quod subiectum scientie sit secundo modo genere unum divisibile in species dupliciter contingere potest. uno modo. quia ipsum secundum se est in tales species divisibile. sicut anima que est subiectum libri de anima. secundo quia non est ratione sui sed ratione adiuncti quod est de formali consideratione scientie. sicut corpus humanum sanabile et egrotabile. non in eo quod corpus humanum habet sub se species in medicina consideratas. cum sit species specialissima. sed in eo quod est sanabile vel egrotabile. multe namque sunt egritudinis et sanitatis species. et hec sunt de formali consideratione medici. ¶ Quinta distinctio principiorum que dicuntur prima. quedam sunt prima absolute. ut principia metaphysice. quedam prima secundum quid sive in scientia in qua sunt principia. sicut principia geometrie prima dicuntur non absolute sed secundum quid. videlicet respectu geometrie. ¶ Ex quo sequitur quod scientiam aliquam procedere ex principiis primis dupliciter intelligi potest. s. vel primo vel secundo modo. ¶ Ultima distinctio. aliquid esse per se partem subiectivam subiecti alicuius scientie dupliciter intelligi potest. uno modo sicut absolute perseitas primi modi inter ipsa reperiatur. alio modo in relatione solum ad considerationem scientie. vel sub aliis verbis. quia reperiatur ratione adiuncti quod est de formali consideratione scientie. Exemplum primi. sicut anima per se attribuitur suis speciebus in primo modo. Exemplum secundi. sicut corpus mobile quod ut sit de nullo absolute predicatur in primo modo perseitatis. verumtamen in relatione ad considerationem naturalis philosophie dicitur cuilibet corpori mobili attribui per se tanquam per subiectum. cum naturalis philosophus per se de motu vel mobili consideret corpus etiam mobile in se motum includit. motus autem cum sit de principali consideratione philosophie naturalis plurimas habet sub se species de quibus per se predicatur et que a philosopho considerantur. ut motum localem. alterationem. generationem. corruptionem. augmentationem. ¶ Prima conclusio. loquendo de scientia et unitate scientie secundo modo ut Aristoteles loquitur ad unitatem scientie non requiritur subiectum eius esse unum genere univoco sive predicamentali. patet ex primo argumento principali. ¶ Secunda conclusio. ad unitatem scientie supradictam requiritur ipsum habere subiectum unum

gñe secundo modo. probatur. q: huiusmodi vnitas ex ordine quodam dependet eẽntialis partium scie. cum attributione tamen ad vnum principale. vt pz ex secunda distinctione et de mente omnium auctorum. Illud aũt rationabiliter nõ potest eẽ nisi subm primum scie. quod quidem equiuocum eẽ nõ potest. q: cum diuersis rationibus distincta significet ab eo non potest aliq̃ vnitas sumi. sufficit autẽ q sit aut vniuocum aut analogũ. pluribus tamen sz spẽm attributi. vt pz ex precedẽtib⁹. ¶ Itẽ ad pclonem var. sic. cuiuslz motus vnitas principaliter sumitur ex vnitate terminorum et presertim termini ad quẽ. vt habetur quinto physicorum. ergo a simili cuiuslz processus scientifici vnitas sumenda est principaliter ex vnitate termini ad quẽ vltimate tendit. tenet ꝯña. q: processus scientificus videtur motus quidam. cum ergo subm scie sit vltimus terminus ad quẽ tendunt processus illius sciẽtie. sequitur q ab vnitate subi principaliter sumenda est vnitas scientie. sicut enim in arte aut scientia edificatiua pricipaliter queritur cõstructio domus que est subiectum eiusdem. sic in scientiis speculatiuis principaliter queritur cognitio subiecti tanq̃ sit finis vltimus cuius cognitio queritur. ¶ Tertio subiectum primum in aliqua scia est primum via cõpositionis et vltimũ via resolutionis. ergo ab eius vnitate est vnitas scientie sumenda. tenet ꝯña q: ab vnitate priũ ex quibus compositũ componitur et in que resoluitur dicitur compositũ eẽ vnuz et presertim ab vnitate forme. assumptũ de se. patet. talis aũt vnitas subiecti nõ oportet vt sit vnitas vniuoca. sed sufficit ipsam eẽ vniuocam vel analogã. vt ex predictis patet. ¶ Contra pclusionem istã instatur sic. Si vnitas scientie ab vnitate subiecti dependeret sequeretur geometriaz et arithmeticam eẽ magis vnam q̃ metaphysica. ꝯña videtur falsum cum ipsa sit verior et perfectior scia q̃ ille. probatur consequentia q: magnitudo et numerus que sunt earũ subiecta sunt magis vnum q̃ ens. eo q sunt maioris siue perfectioris entitatis. et in paucioribus inueniuntur q̃ ens. Ad hoc respondetur negando ꝯñam. ¶ Ad probationẽ negatur assumptum. et quãr dicitur q lz numerus et magnitudo sint perfectioris entitatis et in paucioribus inueniatur q̃ ens. tamen q: ens est minus diuisibile. ideo magis est vnũ. quodlibet n. inferius actuali diuisione magis ẽ diuisibile q̃ ei⁹ superius. et cõsequenter minus vnum. quare &c. ¶ Tertia cõclusio ad vnitatem scientie requiritur vnitas principiorum primorum in illa sciẽtia. pbatur sic. processus scientie ẽ motus quidam rationis discurrentis de vno ad aliud. omnis aũt motus a principio quodam procedit et in aliquid terminatur. quare in progressu scientie oportet aliquod supponi principium vel aliqua principia a quo vel a quibus fiat pgressus. hec aũt sunt principia prima illius scientie. vt patet. ¶ Itez processus demõstratiui qui in scientia ponuntur non faciũt scire nisi tandem ad principia indemonstrabilia resoluãtur que sunt in ista scientia prima. ergo &c. tenet cõsequentia et assumptum patuit in precedentibus pluries. Hec autẽ principia debent eẽ vna vnitate considerationis proprie illi⁹ sciẽtie. cum illa ꝯsideratio formale sit scie. a forma vero maxime est rei vnitas sumenda. et pꝑter hoc lz naturalis et mathematicus de corpore cõsiderẽt. q: tamẽ aliter et aliter hoc faciunt. Nam naturalis de ipso cõsiderat. vt quale. et vt actiuum vel passiuum. mathematicus vero ab his abstrahit. sed solum vt q̃tum et sub ratione mẽsure cõsiderat. principia sup corpore fundata in scia naturali et geometria. n erũt vna sed valde diuerse. quare scie ille non erunt vna sed distincte. Notanter dicitur primorũ in illa et nõ primorũ absolute. q: sicut dicebatur in cõfirmatione quarti principalis scientie spãles non procedunt per principia cõmunia. vt pz et lz ex illis procederẽt nõ tamẽ ab illis sumerent vnitatem inmediate. ¶ Quarta pclõ. ad cõpletã scie vnitatẽ reqritur ipsam cõsiderare ptes et passiões per se sui subiecti et suarum partium. pz q: alioqn inter ptes ipsius scie non eẽt debitus ordo et ipsarũ debita cõnexio. quod maxime reqritur ad scie vnitatẽ. vt pz ex distinctione scda. et loquor hic de partib⁹ subiectiuis. lz quidã dicant q Aristo. maxime intellexit de ptibus eẽntialibus aut itegralibus sicut naturalis de corpore mobili considerãs considerat de mã et forma q̃ sunt ei⁹ partes eẽntiales. et grãmaticus de oratiõe cõsiderãs d' illis considerat que sunt partes eius integrales. Ego vero puto hic aristotelẽ intellexisse de ptibus subiuis neq; vlr veruz est sciam cõsiderare ptes eẽntiales vel integrales subi sui. vt dixi de geo⁹ et metaphysica in expõne textus. Ex istis cõclusionibus pz qd p quãlz illarum cõditionũ ab vnitate sciẽtie excludatur. vt cõter expositores dñt p primã enĩ conditionem excluditur equiuocum de quo vt sic nõ potest esse scia nec demonstratio. Per eãdem etiã concludit q geometria et arithmetica non sunt vna sciẽtia cum non sint vni⁹ subiecti. qm subiectũ vnius nõ est subiectum alterius. nec sub illo continetur. p scdaz vero excluditur diuersitas cõsiderationis de eadẽ re. vt cõter dicitur. q̃uis .n. diuerse scientie de eodem subiecto cõsiderẽt nõ sequitur ipas eẽ vnaz. cum distinctis rõnibus de ipso determinent. a rationibus autem distinctis considerãdi puenit. vt diuerse sint scientiarũ prim⁹. et propter hoc licet naturalis et geometria de corpore cõsiderent non sequitur ipsas esse sciẽtiã vnam. naturalis enim de corpore considerat sm q quale actiuum vel passiuum sm q transmutans vel trãsmutabile. et ideo pricipia nãlis principaliter super motu fundantur. geo⁹ vero corpus abstrahit a qualitatibus et motu. sed ipm vt q̃tum considerat et vt mẽsurabile vel mẽsurans. quare principia sua sup consideratione corporis fundata distincta erunt a principiis sciẽtie naturalis. Idẽ et dici põt de naturali et astronomia que lz de corpore celesti cõsiderent nõ ex hoc concludi debet vt sint simpliciter scia vna. qm de ipso distinctis rõnibus determinãt. et propter hoc diuersa d' corpore assumũt principia. Per tertiã aũt conditionem excluduntur ab vnitate scientie partes subiectiue per accidẽs subiecti scientie sicut geometria q̃ principaliter de linea cõsiderat nõ ꝯsiderat lineam albam vel nigram nec lineã pulchrã vel turpez. cũ sint ptes linee per accidẽs. Et propter hoc geometria et pspectiua et vlr scia subalternãs et subalternata nõ sunt simpliciter vna. Nã linea visualis de qua perspectiua principaliter cõsiderat ẽ ps subiua et per accidens linee de qua principaliter considerat geo⁹. linea vero recta vel curua dicunt ptes linee per se. et hoc in relatione ad considerationẽ geometrie. vt ex vltimo notabili colligi põt. et ideo scientia de linea considerãs et linea curua vel recta est sciẽtia vna. Per vltimam vero conditionem passiones excludunt. que cõsiderationi scientie p accidens comparãtur. ¶ Quinta conclusio ponitur a quibusdam. inter predictas quatuor conditiones ad vnitatem sciẽtie requisitas formalior et principalior est conditio secũda vz. veritas principiorũ in illa scientia probatur sic. Scientia maxime vnitatem sumit ab vnitate cõsiderationis eorum de quibus determinat et super hac eius principia fundãtur. ergo &c. ¶ Confirmatur. si principia fuerint eadẽ in aliqua scia et sm considerationẽ vnam. tunc oz vt scientia illa sit vnius generis subiecti. nã que nõ sunt generis vnius non sunt considerationis vnius. et tunc vltra oportet ipsam considerare ptes et passiones per se et non per accidens. q: que sunt p accidens sub eisdem principiis cadere non possunt. et sic videtur alias tres ꝯditiões a secunda dependere. ¶ Sexta cõclusio opposita precedẽti ponitur de mente linco. inter predictas conditiones formalior et principalior est conditio prima. Hec cõclusio primo probari potest ex verbis linco. cum dicit. scientia vna est que subiicit genus vnum vt arithmetica numerum et geometria magnitudinem immobilem. et q: nihil scit nisi ex propriis principiis immediatis. ad hoc vt scientia sit vna oportet q habeat principia nota propria vnificata in vnitate subiecti vnius. Ex quibus verbis manifeste apparet q vnitas principiorum sumitur ex vnitate subiecti et non econtra. et loquor de subiecto adequato et formaliter sumpto. videlicet sm adequataz et proprie sumptã scientie considerationem. parum post etiã dicit. hec igitur tria aggregantur vt sit vna scientia. vnitas subiecti super quod erigitur demõstratio. principia vnificata in subiecto illo ex quibus fit demonstratio. et q subiectum habeat species &c. Hec etiam conclusio potest ratione probari. primo sic. subiectum alicuius sciẽtie adequatum et formaliter sumptũ ẽ principale

illius scientie obm. sed ab obiecto adequato principaliter vnitas ⁊ diuersitas depēdet. vt patet scdo de anima. ergo ⁊c. ¶ Scdo speculatio subti est incompleta. principiorum vero completa. ergo vnitas speculationis subti primi alicuius scientie est incompleta. sed vnitas completa ab icompleta dependet ⁊ non ecōtra. ¶ Tertio ab vnitate consideratōnis maiore sumenda est vnitas. sed consideratio scientie ꝓpria per prius reperitur ī subō formaliter sumpto q̄ȝ in principiis: ergo ⁊c. maior est fundamentum precedentis cōclusionis. minor patet discurrendo. corpus. n. mobile qd ē naturalis scientie subm per prius motum includit de quo est principalis illius scientie consideratio q̄ȝ principia illius scientie ipsum includant. ⁊ sic de aliis multis exemplificari pōt. ¶ Quarto. principia limitantur fm subi limitationem ⁊ nō econtra. ergo ⁊c. assumptū patet. cum enim cōtingat multotiens diffinitiones rerum esse principia in scientia. de eadem autem re plures assignari possunt diffinitiones limitabitur in scientia diffinitio subiecti fm q illud subm in scientia limitatur. ⁊ sic correspondēter de aliis principiis. ¶ Ex his rationibus patet. q prima ratio precedentis conclusionis potius probat oppositum q̄ȝ intentum. cum vnitas considerationis principalius in subō inuenitur. ⁊ si ista ratio aliquid concluderet solum probaret comparando principia scientie subiecto nō adequato ⁊ materialiter sumpto. ¶ Confirmatio vero illius rationis arguit a posteriori. quare nihil ꝯcludit. sicut non sequitur. si homo ē risibile oportet vt sit animal rōnale: ergo aīal rōnale dependet a risibili.

Quantum

ad secundum articulum. ¶ Premittenda est hec distinctio. dupliciter dicitur vna scientia altera ab alia. Uno modo simpliciter quia penitus sunt disperate. sicut musicam ⁊ geometriam dicimus abinuicem alteras. similiter arithmeticam ⁊ geometriam. Secundo modo fm quid: quia aliquo modo differunt in principiis aut subiectis. licet non totaliter differant qualiter perspectiuā alteram dicimus a geometria. ¶ Prima conclusio ad alteritatem scientiarum fm quid nō reqritur vt principia earum non sint ex eisdem nec ex alterutris. patet. q musica ⁊ arithmetica sunt fz qd altere. ⁊ tn̄ principia musice sunt ex principiis arithmetice. Idem etiam dicatur de perspectiua ⁊ geometria. ⁊ d̄ medicina ⁊ naturali philosophia. ¶ Secūda ꝯclusio ad alteritatem scientiarum simpliciter requiritur q earum ꝑncipia prima nō sint eadem ⁊ principia vnius nō sint ex principiis alterius. patet. quia ad vnitatem scie requiritur principiorū vnitas. ergo ad scientiarum alteritatē requirit eorum alteritas. tenet cōsequentia. quia ex eisdem res generatur ex quibus corrumpitur. licet opposito modo sicut vt colligit secūdo ethico. ⁊ assumptum patet in articulo ꝑcedenti. Hec ꝯclusio pōt eē ad mentem Aristo. q̄uis ipse nō dixerit q earū principia non debent eē eadem. sed dixit q non sunt ex eisdem. qd qualiter intelligi debet vide in expositione textus. de alteritate etiam simpliciter loquebatur vt patet. fz linco. i. exponendo textum. cum dicit penitus diuerse sunt sciētie nec eedem nec sub alternate quarum principia ⁊c. ¶ Tertia cōclusio ad alteritatem scientiarum simpliciter nō minus requiritur alteritas subiectorum primorum q̄ȝ suorum principiorum. patet ex argumentis ad partem negatiuā. ¶ Itē scientia principalius vnitatem sumit ab vnitate subiecti q̄ȝ ab vnitate principiorum. vt pz ex articulo precedenti. a quocunq; autē res principaliter capit vnitatem per illud ab aliis principaliter differt ⁊ ab illo principalius est vnum. q̄re conclusio vera. Eadem ꝯclusio colligitur de mente linco. ex verbis prius allegatis. cum ꝓsequēdo dicitur. quarum principia non sūt vnificata in rā vnius generis subiecti nec ī subiectis quorum alterum sit sub reliquo. ¶ Et si dicatur quare philosophus non fecit mentionē de alteritate subi. dicatur q per alteritatem principiorum dedit illam intelligere. magis autē expressit alteritatē principiorum. q per illam manifestatur expressius alteritas considerationis proprie alicuius scientie a qua principaliter pendet scientie alteritas. cū subiectū scientie sit incompletum ⁊ implicitum. principia vero cōpleta ⁊ explicita. subiectum etiam sit vnum tantū ⁊ principia sint plura Auerois autem videtur supplere textum Aristote. cum dicit q scientie sunt diuerse. quarum prima principia sunt diuersa ⁊ subiecta ipsarum diuersa. ⁊ idem videtur sentire Albert⁹. ¶ Quarta ꝯclusio ad alteritatē scientie reqritur consecutiue alteritas partium subiecti ꝑ se. ⁊ passionū ꝑ se subiecti ⁊ suarum partium. patet ex predictis. Aristo. aūt tacuit illam causam alteritatis tanq̄ȝ cōsequentem ex aliis. vt patet intelligenti.

Ad rationes

principales. ¶ Ad primam patet ex prima conclusione cū secunda. ⁊ ex tertia distinctione primi articuli. ¶ Ad confirmationem vero dicitur non esse subiectum adequatum metaphysice de quo hic loquuntur. ¶ Ad secundā dicitur q licet corpus mobile non sit vnū genus primo modo. est tn̄ genus vnum scdo modo. vt patet ex tertia distinctione. ⁊ hoc sufficit ad scientie vnitatem. ¶ Et per idem patet ad cōfirmationem primam de linea visuali. ¶ Contra. tālem sequitur q subm naturalis phie ⁊ subm perspectiue sūt etiam per accidens. sicut enim homo albus vt sic dicitur ens per accidens. sic etiam corpus mobile vt sic est ens per accidens. Idem dicatur de linea visuali. Quo cōcesso sequitur q illa subta sunt subta per accidens. ⁊ per consequens perspectiua ⁊ naturalis phia sunt scientie per accidens. qd est absurdum. ¶ Ad hoc communiter respondetur concedendo consequentiam primam ⁊ negando scdam. sic enim scientia totalis non est ens per se sed per accidens siue per aggregationem. ⁊ tamen est per se scientia vna. demonstratio etiam est ens per accidens ⁊ per aggregationem. ⁊ tamen quelibet demonstratio est per se demonstratio vna. Logici etiam cōmuniter dicunt q subm huius. homo albus currit est subm per se ⁊ tamen significat ens per accidens. ¶ Quidam etiam phi concedunt aggregatum ex superficie aeris ⁊ ex superficie aque eē ens per accidēs. ⁊ tn̄ esse per se locum terre. Et sic inconuenit corpus mobile vt sic esse ens per accidens. ⁊ tamen esse subm per se. Idem dicitur de linea visuali. ¶ Ad ꝯfirmationē scdam de subo medicine patet sufficienter ex quarta distinctione. corp⁹. n. humanum sanabile ⁊c. vt sic respectu considerationis medici dicit subm per se. licet proprie seu primo modo genus. ¶ Item licet fm se non sit in species diuisibile. tamen vt sanabile vel egrotabile in species diuiditur. fm q varie sunt species egritudinis ⁊ sanitatis. ¶ Ad tertiam patet ex prima ⁊ scda distinctione primi articuli. ¶ Ad quartam patet in expositione textus per scientiam enim componi ex principiis intelligi debet scientiam ex principiis procedere formaliter aut virtualiter ⁊ licet de principiis proprie non sit scientia. sunt tamen causa scientie conclusionis. ¶ Aliter sine inconuenienti absolute concedi posset scientiam ex principiis componi. per scientiam non intelligendo habitum nec aggregatum ex habitibus. sed aggregatum ex premissis ⁊ conclusionibus cum processibus inter eas. sicut vulgariter scripturam in libro contentam scientiam appellamus. licet improprie. tales enim scientie principia sunt partes integrales. vt patet. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationem patet ex quinta distinctione ⁊ tertia conclusione primi articuli. patet etiam in expositione textus. ¶ Ad quintam dicitur. q sufficit corpus mobile ⁊ vniuersaliter quodlibz subm scientie habere partes subiuas per se primo vel scdo modo vltime distinctionis. ¶ Et per idem patet ad confirmationem de linea visuali ⁊ de corpore hūano sanabili. ¶ Ad rationes contra scdam partem questionis. ¶ Ad primam patet ex primis ⁊ tertia conclusionibus scdi articuli. ¶ Ad scdam conceditur perspectiuam non esse alteram simpliciter a geometria nec a naturali phia. licet ab vtraq; sit altera fm qd. ⁊ cum arguitur q tunc naturalis phia ⁊ geometria nō eēnt altere. licet posset cōcedi q non sunt altere simpliciter. qa geometria accipit a naturali de puncto ⁊c. negatur tn̄ ꝯseqūētia. sed ille modus arguendi valeret si assu

meretur in antecedente. q perspectiua esset simpliciter idē cum vtraq3 illarum. quod non contingit. ¶ Ad vltimā3 cōceditur scientias speciales nō eē simpliciter alteras a meᵗᵃ. ¶ Et cū infert q oēs sciē speciales sint idē inter se. negatur cōsequentia. sed hoc sequeretur si essent simpli eedē meᵗᵉ. ⁊ eodem modo vterentur pncipijs suis. quod nō contingit. ⁊ sic est finis questionis.

¶ Altera autem sciētia est ab altera quorūq3 principia neq3 ex eisdē neq3 ex alterutris sunt ⁊c. Questio. ultima.

Ueritur 47ᵒ incidenter. Utru3 distinctio scientiarum q̄ sunt simplices habitus sumantur ex conclosionum distinctione d̄ quibus habetur scientia. vel ex distinctione pncipiorum a quibus depēdet. ¶ Et arguitur primo q sumitur ex distinctione conclusionum. qr actus ⁊ habitus distinguūtur per obiecta. vt p3 scdo de aīa. ⁊ scdo ethi. sed conclusio est obiectū sciencie. scīa vo habitꝰ conclusionis. vt p3 quare ⁊c.

In oppositum arguitur probando q sumitur ex distinctiōe principiorum per istō. vna scīa ab alia distinguitur per quod h3 esse sed per principia haber eē. quoniam ex principijs producitur scientia conclusionis. ergo ⁊c. ¶ Scdo eiusdem conclusionis diuerse possunt eē scientie. ⁊ hoc propter diuersitatem principiorum. ergo ⁊c. assumptum patet. primo. qr eadē conclusio demonstrari potest qr ⁊ propter quid. ⁊ hoc erit per diuersa media ⁊ diuersa pncipia. per demonstrationes autem quia vel propter qd distincte scientie acquirūt. ¶ Secundo. quia eadem conclusio in distinctis scientijs demonstrari potest propter quid ⁊ per media distincta. sicut luna eclipsari: alio modo a naturali. ⁊ alio ab astronomo demonstratur. que duo media distinctas scientias producūt. vt satis p3. ¶ In ista breui questione.

Primo ponitur hec distinctio. Duplicia sunt principia a quibus scīa dependet. s. complexa ⁊ incomplexa. Exemplum primi. sicut omne totum ē maius sua parte. Et si ab equalibus equalia demas remanentia sunt equalia. Exemplum scdi. sicut vnitas ⁊ numerus. punctus ⁊ magnitudo.

Prima conclusio Distinctio scientiarum partialium non necessario sumitur ex distinctione conclusionum. patet. quia de eadem conclusione distincte scientie haberi possunt. sicut de ista. luna est eclipsabilis. illa etiam conclusio. terra est rotūda. alio modo meᵒ ab astronomo demōstratur. ⁊ alio a naturali. ⁊ per illa media distincte scientie generantur. ¶ Similiter. quatuor eē elementa ⁊ non plura aliter demonstratur in lib. celi ⁊ mundi. ⁊ aliter in lib. de generatione. ⁊ sic consequenter distincte scientie de sua cōclusione habentur. quare ⁊c. ¶ Ex ista conclusione quidam inferunt correlarie. q licet diuersarum scientiarum sit eadem conclusio materialiter nō tamen est eadem formaliter. l3 enim illa cōclō. terra est rotūda. sit mālr eadem in astronomia ⁊ phīa naturali. In p̄dictis tñ scientijs distinguitur rōne formali. cum a naturali demonstretur per ipsam eē summe grauem. ⁊ ab astronomo propter eē medium celi. ¶ Item q elementa quatuor sunt eadē est cōclusio materialiter in libro celi. ⁊ in libro de generatione. altera tamē formaliter. cū in libro celi pbetur per motū localem. ⁊ in libro de generatiōe p motum alterationis. ¶ Secūda cōclō cōtra quosdā. l3 ita sit ex distinctione tñ cōclusionum sequitur distinctio scientiarum que de illis cōclusionibus habentur. p3. vbi enim distincte sunt conclusiones oportet de ipsis haberi habitus scientificos distinctos siue ille demonstrentur quia siue ppter quid. siue in eadem scientia totali. siue in diuersis. qm̄ ad vnitatem habitus scientifici requiritur vnitas conclusionis. vt patet. quare. ⁊c. ¶ Tertia cōclusio ponitur a quibusdā. distinctio scientiarum partialium ita ortū habet ex distinctione principiorum tam complexorum q̄3 incomplexorum quod nō h3 ortum ex distinctione cōclusionū. Secūda pars videtur sequi ex conclusione prima. Prima vero pars patet. quia ad diuersitatem scientiarum diuersitas requiritur demonstrationum. distincte vero demonstrationes distincta hñt media ⁊ distinctas premissas. sed media sūt pncipia icomplexa. premisse vero sunt principia complexa. ergo ⁊c. ¶ Sz contra cōclusionem istam instatur sic. stat scientias diuersarum conclusionum eē distinctas. q̄uis earum media non sint distincta. ergo conclusio falsa. assumptum p3. plures per idē medium diuerse demonstrantur cōclusiones. sicut per triāgulum tanq3 per medium demonstrare possū hēre tres de isochele. ⁊ per idem medium alia demonstratione demonstrare possum de gradato. ¶ Ite3 per animal rationale demonstrare possum illam conclusionē. homo est disciplinabile. Similiter ⁊ istam. homo est risibile. l3 nō eque pro. De illis autem conclusionibus distincte habentur scientie. vt patet. ¶ Item ex his duabus premissis. omne aīal rationale est disciplinabile. omnis homo ē animal rationale. demonstrari pōt illa .. uersalis. omnis homo est rationalis primo prime figure. Potest etiam demonstrari illa particularis aliqd disciplinabile est homo in darapti. ¶ Et certum est q illarum conclusionum distincte sunt scientie. ¶ Scdo contra conclusionem arguit. sicut medio vel premissis existentibus distinctis necessario scie suarum conclusionum sunt distincte sic etiam conclusionibus existentibꝰ distinctis necessario earum scientie sunt distincte. vt patet ex conclusione scda. quare sicut distinctio scientiarum ortum habet ex distinctione principiorum. sic etiam ortum habet ex distinctione conclusionum. Huic tamen argumento posse rationabiliter responderi q per habere ortum ex aliquo intelligunt ab illa effectiue dependere. nunc autem distinctio scientiarum aliquarum conclusionum effectiue prouenit ex distinctione principiorum ⁊ non ex distinctiōe conclusionū. ¶ Quarta conclusio apparet contra precedentē. distinctio scientiarum partialium sumi pōt tam ex distinctione conclusionum de quibus ille scientie habentur q̄3 ex distinctione principiorum complexorum. vel incomplexorum. Ista cōclusio primo patet ex precedētibus. Et scdo pōt argui a simili. nam distinctio effectuū naturalium sufficienter argui potest ex distinctione suorum agentiū per se. Effectus. n. qui ab. a. igne pducitur distinguitur ab effectu a. b. igne pducto. Pōt etiam sumi ex distinctione materierum ⁊ presertim appropriatarum. Idem. n. ignis ī diuersis materijs diuersas formas ⁊ cōmuniter diuersos ignes pducit. Cū igitur principia tam complexa q̄3 icomplexa sint aliquo modo per se effectiue concurrentia ad scientiam conclusionis conclusio vero sit materia circa quam eiusdē scientie. ⁊ sin aliquos effectiue concurrat ad scientiam suam. sequitur q distinctio scientiarum non solum ex distinctione principiorum sed ex distinctione conclusionum argui pōt. ¶ Infertur ex conclusione q sicut in eadem materia vel circa eandem materiam a diuersis agentibus diuersi effectus produci possūt ⁊ idem agens in materijs diuersis vel circa diuersas materias diuersos producit effectus. sic etiam stante cōclusione eadem cum diuersitate principiorum ad illam conclusionē concurrentiū diuersitas sequitur scientiarum. ⁊ stātibus eisdem principijs cum diuersitate conclusionum concluditur scientias eē distinctas. Stant enī aliqua duo ad vnitatē alicuius requiruntur vtrinsq3 illorum diuersitas sufficit ad illiꝰ diuersitatem. ¶ Nota tamen q diuersitas scientiarum ex parte conclusionis aut principiorum ē diuersitas extrinsece sumpta. ¶ Si vero queratur vnde sumitur intrinseca eap distinctio dici potest q distinctio specifica ex distinctione sumitur suarum differentiarum. distinctio vero nūeralis non ab alio q̄3 a seipsis intrinsece sumitur. sicut etiam due albedines seipsis numeraliter distinguuntur.

Ad argumenta principalia vtrinsq3 partis patet ex conclusionibus p̄missis q probant verum neq3 inuicem repugnant. ⁊ sic est finis cum altissimi gratia. Amen.

Registrum huius libri.

a
Apollinaris
preclarissimi
re. Rhetoric°

b
Enũciatio
accepit Ari.
esse non

c
mutata pro
⁊ nõ demonẽ
cessarium

d
tria vero
ɔprehẽsio
aliquod aĩal

e
pro intellectu
lari adminicem
quanta ii

f
do. a. c. ad
re aut si
vere illud

g
argumenti
⁊ itrinseci
cõsequẽter

h
que ponitur
quia ẽm
ni predicatiui

i
nos vocales
per mentales
tas oportet

k
habetur scientia
gatũ ex diffini
ra ad sua

l
nisi error aut
hiaš vt duo
perfectiorem

m
dicitur aliqua
necẽarie sit
finali. ¶ Se

n
sit arguitur
predicta prepo
tanquã passio

o
te ratio ex
metaphysica
corpus ⁊ cor

p
r em cuius
cal cõtradictionem
secundum partem

q
Si vero per
sit dispositio pre
scientia quia

¶ Expliciunt q̄ões clarissimi doctoris Apollinaris cremonẽsis super librũ primũ posteriorũ Aristotelis diligentissime correcte atq; emẽdate per eximium artium ⁊ medicine doctorem magistrum Hieronymum surianum filium domini magistri Jacobi suriani ariminensis physici prestantissimi. Impresse Uero venetiis per Otinum Papiensem Anno salutis nostre. MCCCCXCVII. xix. Kalen. februarii. dominante inclyto principe Augustino Barbadico.



